

EXERCITATIO THEOLOGICA
De
PROVIDENTIA
DIVINA,
Calvinianis cum primis

opposita.

Quam

Sub

Gratioso Dei ter Opt. Max. auspicio

& PRÆSIDIO

VIRI

Admodum Reverendi, Amplissimi &

Excellentissimi

Dn. JOHANNIS HÜLSEMANNI,

SS. Th. Doctoris, & Professoris Publici, de Christi Ec-
clesiâ & Academiâ Meritissimi, Consistorii Electoralis
Assessoris, Canonici Cizensis, & ad D. Nicolai
Pastoris fidelissimi,

Præceptoris & Patroni sui filiali pietatis

cultu æviternum devenerandi

publicæ ventilationi subicit

M. CHRISTIANUS Weber / Mutinensis,

SS. Theol. Stud.

v. In Majori Principum Collegio

Ad diem ~~XXIX~~ ^{Febr.} Dec. anno M DC XLVIII ~~horis consuetis.~~

Typis HÆRED. FRIDERICI LANGKISCH.

~~FR.~~
~~FR.~~

~~XXXII. #.~~

574. A 182 (11)

ROYAL LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF
DRESDEN



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



Σὺν χάριτι Ἐ πατρὸς καὶ Ἐ υἱοῦ!

Prooemium.



Quum singula, quae divina Nobis
suppedit at gratia, summa animi gra-
titudine complectenda sint; siquidem
πάν κτίσμα θεῶ καλὸν ἔδεν ἀπόβλητον,
καὶ εὐχαριστίας λαμβανόμενον 1. Tim. 4, 4.

quantò magis nobis Christianis incum-
bet, ut divinorum beneficiorum multitudine, velut vo-
luptatum flumine irrigati, ipsam Dei providentiam
hæc omnia dispensantem Sap. 12, 18. Ἐ c. 14, 3. in illis
omnibus investigemus, admiremur. Hoc enim ab ipso
DEO, cujus genus sumus, intendi, testem habemus locu-
pletissimum, Apostolum Paulum, qui cap. 17. v. 24. 25.
26. aet. Creatione Ἐ conservatione dilucidè expositâ,
hæc facta fuisse subjicit ζητεῖν τὸν κύριον, εἰ ἄρα γε ψηλα-
φήσειαν αὐτὸν (palpando deprehendant eum) καὶ
εὐροίεν. Quapropter opera pretium fore vel maxime
putavi, si hanc de providentiâ divinâ doctrinam satis
implexam difficultatibus, prout naturalis ejusdem sit
postulat, ordine digererem, postmodum autem adverse
partis opinionem subjungendo, Ἐ pro viribus à DEO
concessis nervũ controversiæ explanando, disquisitioni
subjicerem, Theologorum eruditæ hæc de re sententias,
objectiones Ἐ responsiones elicerem, unoq; verbo infor-
mationem in hõc arduò Articulo sollicitarem. Eo sco-
po voti ut potiatur desiderium meum quem alium,

quàm Deum omnia præscientem, ordinantem, di-

rigentem ac tandem ad metam perducentem felicissimam invocabo! Hoc igitur orato & exorato sit

CAPUT PRIMUM.

Ονοματολογία ac τὸ ὄν Providentiæ
divinæ exhibens.

Thesis I.

Vocabulum providentiæ divinæ in hoc negotio expensum, dicitur à Providere, notatq; perpetuam DEI providentis curam, quâ res qualiter à se factas ad instar Patrisfamiliâs, consilio sapientiâq; suâ tuetur integras; Græcis πρόνοια est, ὡς καὶ ἐπενοέω. ἐπενοέομαι, provideo, procuro: Hebræis verò הַרְבָּא visiatio vel inspectio.

Eus. l. 6. de
præp. Eb.
c. 5.

§. 1. Vox *Providere* in Scriptura non simpliciter videre, sed cum cura quâdam paternè prospicere juxta *Eusebium* l. 6. de præp. Evang. c. 5. denotat. Quo sensu Nahemi ad Ruth. c. 3. 1. ait: *Filia mea, quæram Tibi requiem, & providebo, quò benè sit Tibi*: Hinc ad Deum transfertur. Heb. 11, 40.

Cic. l. de invent.

§. 2. Græci τῆς ἐπενοίας titulo insignire consueverunt, quam *Cicero Mundi mentem* ritè vocari statuit, eò quod mundus eâ quasi regatur. Postmodum in lib. de invent. ἐπενοία indigitat, per quam futurum aliquid videtur, antequam fiat. Sed hæc significatio usu loquendi Ecclesiæ usitato exulat, cum h. l. actio etiam in administrando mundo universo, non contemplatio sola in intuendo, & antè videndo, quàm quid fiat, occupata intelligatur; Et propterea Præscientia & Providentia differt, quia ab hac præsupponitur; namq; providentia non est, nisi præsciti provisio. Ipsa vero vox ἐπενοία in lib. Sap. c. 14. 3. reperitur *Tua Pater Providentia (ἐπενοία) cuncta gubernas*, quam providam DEI curam, actionemq; perpetuam notare, ex effectorum indu.

inductione, nec non versus quarti enucleatione docetur. Similis significatio arridet Paulo I. Tim. 5. 8. de vidua non nulla suppeditans: *Εἰ δὲ τις τῶν ἰδίων καὶ μάλιστὰ τῶν οἰκείων ἔσθω, τὴν πίσιν ἤρνηται, καὶ ἐστὶν ἀπίστῃ χείρῳ.* Ubi τὸ *πρόνοειν* ex v. 4. ejusd. cap. τὸν ἴδιον οἶκον εὐσεβεῖν καὶ ἀμείβεσθαι ἀποδιδόναι τοῖς πρόγονοις est. Ita Deus apud Damasc. l. 2. *Dam. l. 2. c. 29.* ὅτε πρόνοητής καὶ ποιητής non eruditè atq; piè introdu- *c. 29.* citur, qvæ ruminatur Niceph. in formul. fid. antioch. l. 9. c. 5. *Ni. in form. f. a. l. 9. c. 5.* non plane superioribus ab similibus verbis: *ut putent agere πρόνοιαν efficaciter, Deumq; ex omni loco incolumem præstare posse, etiam, si quis nullâ arte adjutus conscenderit, juxta eundem.*

§. 3. Ebræum autem *תִּיבֵּי* tanquam nomen participiale fœmininum propriè officium inspectionis s. talem inspectionem designat, ubi *quis visitando rem aliquam perri- matur, cognoscit, deinceps ordinat* ut Es. 10. 3. Et quid facietis *תִּיבֵּי לְיוֹם פָּקֶדָה* cum quo conf. Luc. 19. 44. in quo *καὶρός* *Ἰησοῦς* vocatur, & in hoc sensu occurrit etiam Job. 10. 12. *תִּיבֵּי וּפְקַדְתָּ* *Inspectio tua (quâ visitando singula cognoscis) custodivit spiritum meum.* Nonnulli hanc Ebræum *מַשְׁפָּט* referunt, quod generaliter eequidem pro magistratûs functione & ministerio aliquo publico ut Ps. 1. 5. & 7. 7. & 27. 1. postmodum tamen *metaphoricè pro dispositione, διαθέσις, τέπω, τάξις* aut ordinatione accipitur, ut 2. Reg. 1. 7. quando dicitur *וְהָיָה מַשְׁפָּט הָאִישׁ* *quæ forma sive habitus fuit viro?* Exod. 26. 30. *Erigam tabernaculum מַשְׁפָּטָא* secundum dispositionem s. *exemplarē & normam* suam Jos. 6. 15. *circumdederunt civitatem מַשְׁפָּטָא* in morem istum conf. Jer. 30. 18.

Respectu Homonymiæ vocabulum Th. II. Providentiæ à variis variè, potissimum tamen dupliciter, vel (1.) in significato latiore pro Providentiæ decreto, vel (2) strictiore,

ipſo cultū conſervandi atq; gubernandi cre-
aturas, accipitur.

§. 4. Sicuti namq; decretum Dei de conſervandis ac
dirigendis rebus inter actus providentiæ diviniæ refertur, ita
poſtmodum per Synecdochen providentiæ diviniæ pro tali
actu uſurpatur, ut non immeritò *Συδας* *περὶ νομίαν* aliam
faciat κατὰ τὴν εὐδοκίαν ſ. ſecundum *permiſſionem Dei*, ali-
am *κατ' εὐδοκίαν* ſ. ſecundum *beneplacitum*. h. l. verò voca-
bulum providentiæ diviniæ non pro decreto ipſo, ſed ejus-
dem potiùs exſequutione, actualem Dei de ſingulis ad fi-
nem ſuum coordinandis atq; diſponendis, curam, itemq;
generalem voluntatem præſupponente, habendum eſſe
antecedentia plus ſatis comprobant.

Theſ. III.

Utitur autem aliàs ſacra pagina frequen-
tius tanquam Synonymis, vocabulis, Intui-
tus, viſionis, ſeu præviſionis Dei, quatenus ad
effectum diriguntur.

§. 5. Huic expoſitioni ſaculam quaſi accendit peril-
luſtris locus Gen. 22. 8. *אלהים יראה לו השח לעלה*
Dominus providebit ſibi pecudem in holocauſtum, LXX.
habent *ὄψεται*, *Videbit*, quod eequidem in ſpecie, ſi ad ho-
mines refertur, approbationem Dei, miſericordiamq; de-
ſignat Gen 4, 4. & 5. *Reſpexit* Deus ad Habel & ad oblatio-
nem ejus: Et ad Cain & oblationem ejus non *reſpexit*: h. e.
illum cum ſacrificio ſuo clementer probavit; hunc verò
minus, de quo ita *Illyricus in clave*: *Eſt in his duplicata ſigu-
ra, nempe tum aut tropopatia, quod Deo adſpectus tribuitur;*
*tum etiam metalepsis, aut metonymia, quod externis oculo-
rum motus internam animi affectionem, effectu pro cauſa poſi-
to, ſignificat: tametsi etiam externam opitulationem, quæ in-
terni affectus & externi oculorum motus conſequens eſt, com-
plectatur, ut his tertius quoq; tropus accedat.* Verum in ge-
nere de creaturis non tantum divinam operum creatorum
appro-

Ill. in cl.

approbationem, sed & simul ordinis naturæ ad finem usq; mundi duraturi sanctionem, curam & auxilium implicat vid. Ps. 104. 31. Ex quo oritur loqvendi mos, quo *videre* DEUS dicitur, cum providet de certis personis vel rebus, easq; moderatur ac gubernat ut h. I. Gen. 22. 8. dixit Abraham, Deus videbit sibi agnum in holocaustum h. e. providebit de Eo. Non enim verba hæc quis ita interpretetur, quòd Abraham jam præsciverit, fore, ut monstratum arietem loco Isaaci Deo in sacrificium offerat, sed quod ejusmodi responso, filium de pecore holocausti sollicitum, providentiæ divinæ hanc curam comittendo, quietum esse jusserit: Et quod Abraham loqvutus est, ipso postea comprobatum est eventu; Prospexit Deus de victima, loco Isaaci oblatâ v. 13. Hic non possum non jucundam Hebræorum Cabalam tibi gratificari, qui *Rasche tbebotb* hujus sententiæ לֹא יִרְאֶה לוֹ אֱלֹהִים literas initiales colligendo לִיִּל s. *Hircum* eliciunt, quem Abrahamus Deo deinceps obtulit, ut ita Hircus iste vel Aries, qui tum temporis in dumo pendeat, in ipsâ Abrahami sententiâ delitescere videatur. Sic porrò I. Sam. 16. 1. & וַיִּבְרַח אֶל־אֱלֹהֵי אִשָּׁא i. e. *Vidi in filiis ejus* (Isai) mihi regem, i. e. *Providi s. elegi*. Et rursus Gen. 16. 13. Tu DEUS *vides* me) provides mihi; Dixit enim: הֲגַם הַלֵּם רְאִיתִי אַחֲרַי רְאִי:

Quæ verba Rabbini variis modis exposuerunt, uti Münsterus in bibliis R. Salomonis, R. Kimchi, R. Abenezræ diversas expositiones recenset: Nos salvo eorum judicio Dn. D. Lutheri placito primas vendicamus, qui vocem רְאִי posteriore loco per *Ansehen* reddidit, h. m. *Gewislich hab ich hie gesehen / den / der mich hernach angesehen hat*. Quæ omnia *περὶ γνώσιν* s. *παντεπισίαν* pro ipsa *providentiâ Dei actuali* sumi ἰσχυροφανερώς demonstrant; quamvis aliàs vocabulum *Scientiæ ac Prævisionis Dei*, pro nudo Dei intuitu rerum omnium Deo præsentium, sive ætu sint, sive futuræ, usurpetur.

§. 6. Huc

August. l. 4
de gen. ad
lit. c. 12.
lib. 5. c. 20.

lib. 7. de C.
Dei c. 29.

Basil.

Nemes.

Th. IV.

§. 6. Huc referri possunt appellationes, quibus pii veteres providentiam exprimere fuerunt consueti. Augustin, l. 4. de gen. ad lit. c. 12. vocat Administrationem, Regimen, gubernationem, sapientissimeq; regendi, continendi utitur vocabulis Sic lib. 5. c. 20. ait. Operatur in hoc mundo, movet occultâ sapientiâ & potentiâ, universam creaturam provido motu administrat, est causa subsistendi. Et lib. 7. de C. Dei c. 29. Rebus creatis subsistendi & movendi initia sua usq; ad finem constituit, rerum causas habet, novit, disponit & ordinat, flagella exordiis, progressibus, finibusq; moderatur, dat vitam congruam & motum. Basil. ita differit ἡ δὲν ἀπερονόητον ἔδε ἡμελημένον ὡς δὲ θεός. πάντα σκοπεύει, ὁ ἀκοίμητος ἰφθαλμὸς, πᾶσι πάρεσι σκορπίων ἐκάστω τὴν σωτηρίαν. Nemesio audit πρὸς μῆθια, Ἰπιμέλεια, &c.

Τὸ ὅτι Providentiæ divinæ non tantum sacro codex propriis testimoniis & oraculis it stabilitum, verum etiam firmissima partim à priori, i. naturâ Dei, partim à posteriori, seu effectis petita argumenta, utraq; probantia, illa tamen magis obvia & perspicua subministrat.

§. 7. Quamquam in offenso statim pede ad illam, quæ tam mirabili, captumq; omnem longissimè supergrediente, ordine ac modo regitur, naturam, divinæ testè providentiæ progredi possemus, cum tamen solâ è naturæ libro probatione intellectus nostri cognitio fermè langveat ac vacillet, uti certiori & perfectiori, ita potiori evidentiori; sacro codici primas quis invideret? Præclarè igitur Jobus c. 12. 9. & 10. הַלֹּא-בְרַע יְדַי לִי מִי־יְהוָה Quis non cognovit ex omnibus istis manum Jehova facere illud? in cuius manu est anima omnis viventis &c. cum quo consentit Daniel c. 5. 23. ad Regem Belsazar loquens: Deum, in cuius manu est anima tua, & penes quæ totum iter tuum, non glorificasti; Minus inconvenienter

nienter Piscator Münsterus & alii referunt ad confirmatio-
nem divina providentiae locum Thren. 3. 37. *Quis est iste,*
qui dixit, ut fieret, Domino non jubente? Ex ore Altissimi non
egredientur nec bona nec mala. Sic enim Munst. in annot. su-
per hunc locum: *Quia, inquit, impii negant providentiam Dei*
se se extendere ad haec inferiora, quod putent, omnia fieri in ter-
ris הקמס *casu quodam; id si verum est, jam Deus nec bene,*
nec male nobis facere potest. Sed blasphema est hac vox, &c.
conf. Pisc. in *q.* super h. l. Tantum annotare placet, Piscatorem
contextum hunc, *Dominus praecepit istud,* ἀπερὸς διούσως ad
malum, quod Chaldaei Israelitis intulerunt, referre, quasi
omnia & singula enormissima flagitia, quibus immani,
barbaraque crudelitate populum Dei concusserant Babylo-
nii, Deo praeceptore essent orta: Sunt enim vox eorum, qui
aut dubitant, aut plane negant providentiam divinam, ut
ex antecedentibus manifestum est, unde verba illa non ad
decretum antecedenter impellens & necessitans, sed ad de-
cretum permissionis ac directionis restringenda sunt ut τὸ
הקמס non imperium aut impulsus notet, sed solam rei in-
dicationem & significationem designet, uti Gen. 50, 16. & a-
libi. In N. T. autem eminet cum primis illa concio Paulina,
Athenis in medio Areopagi de hoc argumento declamata,
act. 17. 24. seqq. ὁ θεὸς ὁ ποιῶν τὸν κόσμον, καὶ πάντα τὰ ἐν
αὐτῷ ἔτι θεοῦ ἑσθλῆ καὶ γῆς κύριος. ὁ ὑπὸ ἀρχῶν, οὐκ ἐν χειρὶ
ποιήτοις ναοῖς κατοικεῖ; ἔδὲ ὑπὸ χειρῶν ἀνθρώπων θεραπεύε-
ται προσδεόμενός τινος, αὐτὸς διδὸς πᾶσι ζωὴν καὶ πνοὴν
κατὰ πάντα. ἐποίησέ τε ἐξ ἑνὸς αἵματος πᾶν ἔθνος ἀνθρώ-
πων κατοικεῖν τῆ πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς, κρίνας προτετα-
γμένους καὶ ἄλλους, καὶ τὰς ὁροθεσίας τῆς κατοικίας αὐτῶν. Ubi
merito meretur observationem, quod Paulus Dei providen-
tia, *caeli terrae, dominium, vivificationem, quin & determinatio-*
nem nominat. His etenim vocabulis non frigida aliqua aut
superficialia, sed talis omnino cura exprimitur, quae omnes
nostros actus, vitamque terminum pro sua voluntatis benepla-
cito regat ac gubernet. Aurea plane sunt, quae v. 28. sub-

Münster. in
annot. bibl.
super h. l.

Pisc. in *q.*
sup. h. l.

B

jiciunt-

Par. in med
suis Th. de
prob. in th.
4. 9.

jiciuntur, ἐν αὐτῷ ζῶμεν καὶ κινῶμεθα, καὶ ἐσμεν. Quem
locum Dominus Parens alicubi ita explanat scribens: Pul-
cherrimè Paulus istam providentiam explicat: dum dicit nos
(1.) esse in Deo, tanquam in causa conservante: quia animam,
vitam, sensum & essentiam semper inflaendo in suo vigore con-
servat: proinde ac sol suos radios jugiter eos producendo con-
servare dicitur. Porro sumus in Deo, tanquam in causa conti-
nente: quia infinita essentia sua penetrat intimè animam, cor-
pus & omnes partes corporis, animiq; sinus. Hinc dicit Pau-
lus, nos in Deo vivere: Nam quemadmodum pisces in aqua
vivunt, extraq; eam vivere dici nequeunt, ita longè potiore ra-
tione in Deo vivimus, & ab eo intimè dependemus; ut, si per im-
possibile Deus non existeret in nobis, sive in loco, in quo sumus,
etiam nos existere non possimus. (3.) sumus in Deo tanquam in
causa concurrente: quia immediatè concurrat ad motum omnè
& actionem nostram: Unde Paulus inquit, nos in ipso moveri,
i.e. motus, actionesq; nostras suo concursu perficere, adeò, ut sine
Dei motu & concursu ne digitulum quidem extendere, imò
ne minimum nutum aut motum producere possimus, &c. Atq;
hanc providentiæ descriptionem nonnulli ad nomen ἰσχυ-
quo efficax Dei operatio connotatur, commodè referunt se-
cundùm illud Apostoli 1. Cor. 12, 6. αὐτός ἐστι Θεός ὁ ἐνεργ-
γῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσι, quo pertinet illud ex epistola Eb. 1, 3.
ubi Deus dicitur Φέρων τὰ πάντα ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτῆς,
quibus tanquam potentissimus Princeps & Pater providus
solo verbo & jussu omnia sibi subjecta ad nunc dirigens in-
trodueitur conf. Col 1, 17. πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκε Eph. 1, 10.
τὰ πάντα ἐν αὐτῷ κτισθῶ, &c. v. 11. Ἐ τὰ πάντα ἐνεργεῖν
κατὰ τὴν βουλήν & θελήματι αὐτῆς. His annuera ex-
empla atq; opera illa summa Dei, quorum ratio è natura
peti non potest. Illorum verò innumera sunt, quædam
adduxisse sufficiat, quæ sunt, Conservatio Noæ & domestico-
rum tempore diluvii, Gen. 6, 18. Liberatio Lothi ex Sodo-
morum incendio Gen. 19. 12. Partus Saræ Gen. 21, 2. Josephi
peregrinatio & captivitas Gen. 25, 5. extractio Mosis ex aquâ
Exod.

Exod. 2, 10. Israëlitarum protectio Deut. 2, 7. quies solis Jos. 10, 13.
Sir. 46. regressus solis 4. Reg. 20, 11. Es. 38, 8. discessus maris ru-
bri & Jordanis Ex 14, 22. Jer. 3, 16. 4. Reg. 2, 8. conversatio trium
juvenum Dan. 3, 49. danielis inter leones Dan. 6, 21. Robur
Samsonis Jud. 14, 6. & 15. obscuratio solis in plenilunio
Matth. 27, 45.

§. 8. Argumenta desumpta à naturâ Dei, & quidem à
priori Providentiam divinam illustrantia, sunt quæ sequun-
tur. Primum à DEI existentia petitur: Deus est, E. quod;
Providentia est: Etenim Deum mundum non moderantem
fingere, Deum negare est. *Et utrumq; Dei est καλῶς ποιῆσαι καὶ
τῶν ἁπομένων καλῶς Ἰπικεληθῆναι*, inquit *Nemes. c. 42.* quò *Nem. c. 42.*
& illud Psalmi facere videtur, quando impii Deum negare di-
cuntur, dum ipsius providentiam affectatâ malitiâ vocant in
dubium: Rectius verò alii, uti præter sacrarum literarum
pandectas omnis omnium seculorum loquitur historia,
fatali quasi & ingentâ reverentiâ erga supremum Numen,
Primam causam, & æternum Deum ducti fuerunt, à quo cum
pendere optima consilia, cunctos effectus, ejusdemq; cura
provida regi omne, quod in humanis magnum apparet sive
parvum, cernerent, soli ipsi, tanquam Nobilissimo atq; Emi-
nentissimo Enti cultum quemvis religiosum tulerunt. Fa-
ctum hinc etiam, ut tam sacri, quam profani Scriptores ope-
ra sua ut plurimum Numinis divini initiaverint auspiciis,
rati, rem postmodum facilius successuram. Videbant enim
optimi homines ab Optimo, nil nisi optimum proficisci pos-
se; Unde sapientissimi gentilium in scrutandâ primi Entis
naturâ multum sanè desudarunt, pertinaciter eraturi, quod
omnium optimum judicarunt. Hinc Ciceronis de naturâ
Deorum libri, Aristotelis de primo motore acris disputatio,
quibus illustrium virorum ex omni antiquitate scripta pos-
sent accenseri. Nonne per hanc scalam eò ascenderat Plato, *Pl. l. 10.*
ut diceret palam, Deum negari ab illo, qui providentiam ejus
perneget *l. 10. de ll.* pertinet huc illud Ethnici Tullii l. 2. de nat. d. *T. l. 2. de
Nat. D.*
Non sane multum interest, utrum quis neget esse Deos, aut eos

Plautus a. 1. *omni procuracione aut actione privet*: Sic *Plautus* æternam aliquam naturam & providentiam, eamq; suspiciendam nec non admirandam hominum generi è mundipulehritudine & ordine cogebatur fateri hisce:

Est profecto Deus, qui, quæ nos gerimus, auditq; & videt.

Rutilius Gallicus vir eximia probitatis, cum à periculoso morbo convaluisset, exclamat *Stattius*.

Estis iò superi — — —

Secundum argumentum à *Dei omnipotentia*, se ad omnia, quæ repugnantiam non involvunt extendente, desumitur. Hinc cum duplex statuatur potentia, una ad aliquid agendum, altera ad nihil patiendum, per utramq; Deus erit omnipotens omnipotentiamq; suam in quævis objecta exercebit. vid. *Hugo de S. vict. ut Alex. Alens. p. 1. q. 21. m. art. 2.* Et omninò cavendum, ne omnipotentiam cogitemus inanem, otiosam, sed potius vigilem efficacem, operosam, semperq; in actu continuo, aut esse tantum generale principium confusi motus, tanquam fluvium per alveum semel præfixum fluere juberet, sed ad singulos potius & particulares motus intentam esse, ait *Chamier l. 2. panstr. c. 4.*

Hugo d. S. vict. Alex. Al. p. 1. q. 21 m. 1. art. 2.

Cham. l. 2. panstr. c. 4.

Tertiū à *Dei Præsentia* æstimatur. Omnibus præsens est Deus *Ps. 139, 7. Es. 66, 1. Jer. 23, 23.* E. etiã curans omnia, siquidè essentialis divinæ suppositæ præsentia satis idonea ratio dari potest illius moderatricis providentiæ, cum sine *Dei* adessentia nil sit nec existat, sed ea omnium directio & concursus ad omnes actus rerum & creaturarum includatur, non aliter ac in rebus spiritualibus actio ipsarum transiens supponit earum præsentiam & aliàs etiam inter agens & effectum debet esse propinquitas.

Cui immediate succedit *Quartum* à *Dei bonitate* petendum. Est enim Deus *Deus* *Deus* uti legitur *Matth. 19, 17.* E. quoq; bonus ratione conservationis & gubernationis creaturarum. Omne namq; bonum est communicativum sui.

Tandem *Quintum* his adjungi potest, quod desumitur à *creatione rerum, nec non dependentiâ*, ab infinito illo atq; independen-

dependente Numine, quæ non tantùm in τῷ fieri ab ipso Deo
 sed & τῷ esse & operari consistit, ita ut creaturæ tanquam causæ
 secundæ neq; esse neq; operari queant citra conservationem
 & concursum causæ primæ, nempe Dei. Sunt enim dependen-
 tes in esse & operari, unde act. 17. 24. 25. & 28. Deus non modo
 ὡς ποιῆσαι τὸν κόσμον καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ, sed etiam ὡς διδοῦς
 πάντα ζωὴν καὶ πνοὴν καὶ τὰ πάντα. s. secundùm nonnulla
 exemplaria κατὰ πάντα: quia imò tanquam is, in quo ζῶμεν
 καὶ κινῶμεθα, καί ἐσμεν, & καὶ γένεσθαι ἐσμεν introducitur, adeò
 ut firmiter statuamus, Deum non tantùm remotè & per
 accidens, verùm etiam immediatè in actionibus creaturarum
 operari, Notanter igitur ait Christus Joh. 5. 17. ὁ πατήρ μου,
 ἕως ἀρῆ ἐργάζεται, καὶ γὰρ ἐργάζομαι & c. v. 19. ἃ ἂν ἐκεῖν ποιῆ,
 ταῦτα καὶ ὁ υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ. Nimirum, ut Deus Pater semper
 operatur etiam in sabbato, & omnia sicut vult, ita & Christus,
 filius Dei. Unde probant S. Cyrillus & Augustinus super h. 1.
 à Deo omnia gubernari. Hinc enim est concursus Dei cum
 omnibus causis secundis, quo influit in omnes actio-
 nes & opera earum, qui concursus non tantùm fit immediati-
one virtutis, verùm etiam immediatione suppositi, ita ut per
 suppositum omnis intelligatur substantia, & per immediatio-
 nem non tantùm dicas, quando virtus prodit immediatè in
 subjecto principali, sed & quando ipsa agentis essentia sine o-
 mni medio tangit effectum naturalem juxta Svarium disp. 22.
 D. Mart. in part. metaph. sect. 11. Scheibl. met. c. 3. t. 17. n. 609. seq.
 D. Scharff. met. disp. 3. p. m. 784.

§. 9. Constat ex his allatis, quomodo divina providen-
 tia à natura Dei firmiter deducatur, dispiciendum nunc quoq;
 de iis, quæ eandem à posteriore vel effectis illustrant. Etenim
 si non minus vilissimis, minimisq; rebus consuli, quam nobi-
 lissimis, vitæ indigentia præberi necessaria, inter se pugnantia
 tanto moderamine servari, ut vires invicem frangendo, mun-
 do suâ profint repugnantia, quæq; concinna τάξι persistere,
 potiozem jugiter boni communis, quam privati rationem
 haberi cernimus, quis tam iners velit esse, qui rem paulo altius

Schar. disp.
 22. D. Mart
 in part.
 met. sect. 11.
 Scheibl. met
 c. 3. t. 17. n.
 609. D.
 Scharff. m.
 disp. 3. p.
 784.

ponderans, tametsi nesciat, quo conservetur id omne, non alicujus tamen fieri moderamine, ex ipsâ dispositione, constantia, utilitate, excellentiâ, nec non temperatione colligat? Deniq; si multa præter ac supra naturam accidant, qualia sunt, quando cæcis visus redditus, quando mortui sint resuscitati, &c. Item, si actus naturales quandoq; derogantur causis naturalibus, utpote cum ignis non urit materiam naturâ suâ ustilem, ferrum tendit sursum, quis non ambabus largiatur, nisi vel prorsus extra sanæ rationis terminos sit profligatus, esse unum aliquod & excelsum omnium rerum principium, cujus nutu stant & cadunt omnia, ordinans omnia, dirigens omnia, quod nos sub nomine Dei gloriosi veneramus & extollimus in infinita secula: Evolv. hâc de re Raymund. de Sabunde in Theol. nat. tit. 4. Aug. l. 11. de C. D. c. 4. & serm. 143. de temp. Greg. l. 26. moral. c. 8. Damasc. l. 1. de orth. fid. c. 3. Thom. l. 1. cont. gentes c. 13. Bernh. in Cant. serm. p. 662. Justin. tom. 3. ad quest. græc. 6. fol. 170. Clem. Alex. Strom. 1. Theodoret. de prov. serm. 1. Theoph. ad Autolyc. l. 3. Aeneas Gazæus & alii.

Antith.

Puriori huic de Dei providentiâ doctrinæ bellum indixerunt

I. Epicuræi atq; Ethnici, qui Deum circa cœli cardines versari, & nos atq; nostra nec videre nec curare blasphemè referunt.

§. 10. Epicurus Atheniensis Philosophus, tanquam abortivi Philosophorum generis infaustus Parens, etiamsi prorsus atheus non esset, Democriti tamen Antesignani sui vestigiis insistens providentiam divinam sustulit, atq; Deum res humanas curare negavit: quod Lucretius Epicureus l. 1. exprimit h. m.

Omnis enim per se divum natura necesse est
Immortali ævo summâ cum pace fruatur,
Semota autem nostris rebus, sejunctaq; longè.

Nam

Raym. d.
Sab. in Th.
nat. t. 4.
Aug. l. 11. de
C. D. &
serm. 143. d.
t. Greg. l. 26
moral. c. 8.
Dam. l. 1. de
orth. fid. c.
3 Thom. l. 1.
cont. g. c. 13
Bernh. in c.
s. p. 662. Ju
stin. tom. 3.
ad q. gr. 6.
fol. 170. Cl.
Al. str. l. 3.
Æn. Gaz.
& c.
Luc. l. 1.

*Nam privata dolore omni, privata periculis,
Ipsa suis pollens opibus nihil indiga nostri
Nec bene pro meritis capitur nec tangitur irâ.*

Et Vellejus Epicureus ap. Cic. l. 1. de Nat. D. Vere, inquit, exposita illa sententia est, ab Epicuro, quod aeternum, beatumque sit, id nec haberi ipsum negotii quicquam, nec exhibere alteri, itaque neque irâ, neque gratiâ teneri, quod, quæ talia essent, imbecilla essent omnia. In eodẽ errore versabatur Plinius, Epicuri premens vestigia, non tantum animæ immortalitatem, sed & providentiam divinâ irridendo. Irridendum, inquit, agere curam rerum humanarum illud quicquid est summum. Et causam addit: An tam tristi atque multiplici ministerio non pollui credamus, dubitemusve? Cujus furiolæ opiniones mentio in sacris quoque legitur Sap. 2, 2. Ps. 73 11, quam tamen verbis regii Prophetæ Davidis commode retundimus Ps. 94, 8. Animadvertite o brutissimi in populo & stultissimi, quando intelligentes eritis? &c. Suffragatur Esaias tale insipientium genus hunc in modum perstringens c. 29, 15. & 16. *Vae qui profundi estis corda &c.* succinit Poëta Christianus, sive Prosper, sive alius, qui author est Poëmatis de providentia, quod aliàs inter opera Prosperi legitur:

*Hic qui pigra Deo dant otia, credo verentur,
Ne curæ intentum vigiles, durique labores
Conficiant, & tanta simul non explicet unus,
Omersi in tenebras, divinique ignis inanes!
Et plus corporeis oculis, quam mente videntes,
Qui vestre aeternum naturæ & conditioni
Audetis conferre Deum.*

Et post aliqua:

*De Domino hoc sentire piæ est, quem semper eundem,
Nil gravat, ex solo nil occupat.*

§. 11. Palmarium autem quod sibi ducit de grege porcorum Epicurus, & quo thesin suam impiam palliare conatur, recitat Lactantius l. de irâ Dei c. 13. *Si est providentia æquè versabitur circa mala ac circa bona.* Jam si circa mala versatur, utique Deus aut vult mala illa tollere & non potest, aut potest & non vult:

Cic. l. 1. de
n. d.

Lact. 1. de
ira Dei c. 13.

418

aut neg³, potest, neg³, vult aut & vult & potest: Quod si vult & non potest, erit impotens; id quod in Deum non cadit: si potest & non vult invidus esse videtur: quod æquè à Deo alienū: si neg³, vult, neg³, potest, & invidus & impotens erit, ideoq³, nec Deus, id quod impium: Si deniq³, vult & potest, cur igitur non tollit? & quia non tollit cur ei providentia tribuitur? Sed & dupliciter, i. κατὰ θεῖ- ζιν τῆς ἀνακολληθίας. Vitiolo namq³; consequentis sophismate totum laborare quis non videt? Quantumvis enim utraq³; largiamur, latitudinem divinæ providentiæ tam ad malas quàm ad bonas actiones esse extensam, modum tamen inter has diversissimum unà cum gradibus diversis statuimus, quorum respectu providentia divina circa res objectas ver- sari dicitur, ut postmodum c. 3. fusiùs declarabitur. Quo- modo jam inferre non licet: si est providentia, utiq³; versabi- tur ea tam circa mala, quàm circa bona, æquè & iisdem gradi- bus, ita postmodum non sequitur. E. quemadmodum Deus bona non modo vult, sed & operatur in nobis, ita mala non modò non velle, sed & è medio prorsus tollere ipsi convenit: Quibus additur (2) ἐκδήλωσις veræ sententiæ. Deus enim & vult & potest malum tollere, interim non ita vult, ut semper oborto quasi collo hominè à peccato retrahat, & ipsius etiam inviti, reluctantisq³; pravas cupiditates retundat; licet itaq³; Deus non semper physicum ponat impedimentum, benè ta- men morale, dum peccata maximè detestatur, & justis poenis vindicare minatur.

II. Illi, qui fatum nobis sistunt.

§. 12. Primò Astrologis suum fatum est, quorum ali- qui præcipuè gentiles influxus siderum in sublunaria non di- spositivè, per modum inclinationis, sed necessitate agere sta- tuunt, atq³; consequenter ipsam Dei providentiam evertunt. Eò declinarunt Arabes quàm plurimi, aliq³; Ethnici, nimis devotè cælum atq³; sidera adorantes; item Judæi, quamvis e- nim Judæorum doctissimus R. Moses Aegyptius omnem astro- logiam judiciariam sanà philosophiâ eliminat, longumq³; ju- beat

beat faceffere; alii tamē eorum agnofcunt מערית והכוכבים
 ordinationem stellarum, quod Ebraeorum fatum esse fatetur *R. Menaff.*
R. Menaffeb. de T.V. l. 1. fect. 3. qui ad testimonium citat *R. d. T.V. l. 1.*
Babye: Vita hominis decreta est per iudicium cælestis constella- *fect. 3.*
lationis. Taceo גר five טוב כול אגאפין תוך, quæ &
 ק כוכב stella Jovis dicitur: quo de consulas *Cl. Joban.*
Seldeni Synt. 1. c. 1. de Diis Syris & amplissimè ad marmora
Arundelliana p. 129. seq. Aliàs quoq; Pharisæorum secta Astro-
 logiæ erat deditissima, quorum doctrinam exponit *Joseph.*
l. 18. antiq. jud. c. 2. περὶ δὲ αἰτεῖμαρμένη τὰ πάντα ἀζιγντας: *Joseph. l. 18*
 Sed utrum propria iis fuerit fati appellatio, an eis potius de *antiq. jud.*
 aliquâ vicinitate *Josephus εἰμαρμένην* à græcis mutuaverit ad *c. 2.*
 exprimendum, incertum est: erat autem apud eos constella-
 tio, cui deferebant non parùm: Sicut & inter Christianos non
 paucos. Nam ut bonâ illorum pace quædam in profcenium
 producam, eò nonnulli progressi sunt dementiæ, ut Horo-
scopum Christi ex astrorum positu meditari, atq; ex sinistris
 quibusdam aspectibus nato Christonatis fatale illi prædicere
 suspendium in cruce non cohorrerint; nonnulli ascendente
 Π sidere, idq; ἡνο ξιοq; sub ♃ junctis in IX. Cœli plaga nasci
 prophetam; adeoq; Christum Dominum tot claruisse virtuti-
 bus, quia ἡ habuerit in Π, scribere non erubescunt. Contem-
 dunt alii eum, qui Δâ 4i juncta in ♂ Deo supplicaverit,
 quicquid petierit, certissime impetraturum. Ita videntur sæpè
 modum excessisse *Petrus Apponensis, Rogerrius, Bacchon, Gui-*
do Bonatus, Arnoldus de villa nova, Allicensis Cardinalis, Car-
danus, Schonerus, Ringelbergius Gauricus &c. Et multi alii scien-
 tiam hanc ex astris vaticinandi & divinandi, in abusum rapi-
 endo, conspurcando, dum superstitiosè fines transilientes, re-
 ligioni injuriam, pietati jacturam intulere, nihil tentandum
 censuere, nisi consultis astris. Quos tamen omnes velut ful-
 mine prosternit illud *Esaiæ c. 47, 13. Stent jam Astrologi, qui*
contemplantur stellas, qui notas faciunt in menses prædictiones
suas, &c.

S. 13. Ad Stoicos me verto, qui talem causarum nexum

C

acc

nec non actionum, passionumq; conventum statuerunt, quo omnia, quæ fiunt, fiant indeclinabili, inevitabili & absolutâ necessitate, adeò, ut ea, quæ accidunt, Deus mutare nequeat, facereq; ut aliter eveniant, non potuisse credatur. Sic enim

Ag. l. 6. c. 2. Agell. l. 6. c. 2.

*Nec sanctum Numen fati protollere fines
Possenec adversus naturæ fœderamiti.*

Senec. l. de
prov. c. 5.

Sic Seneca l. de prov. c. 5. Ille ipse omnium conditor ac Rector scripsit quidem fata, sed sequitur; aliorum dicta apud scriptores passim occurrunt.

Hom. Odyf.
3.

§. 14. Ast hi omnem libertatem tollunt, Numenq; supremum, causam, tam malarum, quàm bonarum actionum faciunt, adeoq; Deum ipsum negant, quùm in ipsâ Dei essentiâ, quippe absolutè bonâ, contradictionem implicet, Deum esse, & tamen malorum causam insimul existere: quam quoq; labem à Diis suis gentilis Poëta abstergit, canens:

Ἄλλ' ἤτοι θάνατον μὲν ὁμοῖον εἶδ' ἐ θεοί περ
καὶ φίλῳ ἀνδρὶ δύνανται ἀλαλκέμεν ὅπως κεν δῆ
μοῖρ' ὀλοή καὶ θέλησι τανηλεγέσθαι θανάτοιο.

Cæterùm quæ alias nobis hæc de Stoicâ necessitate obijciuntur, non talem designant necessitatem, quatenus pro actionis modo causante, sed certitudine eventus potius, ex infinitæ prævisionis naturâ & proprietate deducta sumitur, simulq; necessitatis ex hypothese conditionem, libertatem agentibus non denegantem, includit.

Gerh. t. 8. l.
1. c. 2. p. 92.

§. 15. Fatum quoq; Christianum dari nonnullis videtur, pendens scilicet à divino consilio, series ordoq; causarum, immobile, fixumq; de rebus omnibus decretum, absq; tamen omni συντάξι stoicâ vel Ἰπιπλοκῆ τῶν αἰτίων sive naturali, s. æterna. Hoc contra Remonstrantes in Belgio avidè arripiunt, quò se justa accusatione B. Gerhardt. 8. l. 1 c. 2. p. m. 92. quasi stoicorum sententiam jam pridem suam fecerint, liberent; quando nimirum in evitabili necessitate cuncta evenire docent, fato nos mori insuperabili, voluntates nostras non posse non velle, quando volunt, quoniam in alteram partem à Deo inclinentur, vi quâdam

quâdam irresistibili, & non eluctabili, quam *πειθαρχίαν* vocant, hominem necessario liberè peccare, & ejusdem farina similia. Nam & licet hæc de necessitate consequentiæ ac immutabilitatis ex supposito decreti divini intellecta velint, quæ stet cum contingentia causarum secundarum, illud tamen absolutum faciunt, & eventum decretum à divina voluntate suspendunt necessitate consequentiæ, ut in terminis loquitur *Voetius ad B. p. 305.* Voluntatem enim Dei esse rerum necessitatem expresse *Calvinus l. 3. inst. c. 23. 8.* asserit, atq; ita quomodo Stoicorum placitis absentiant, e quidem non video.

Voët. ad B.

p. 305.

Calvin. l. 3.

inst. c. 23. 8.

Porisma I

Rerum in hoc mundo *ἀταξία* & confusio, quæ tam à voluntate atq; electione hominum, quàm causis naturalibus dependet, providentiam divinam minùs negat.

§. 16 Ethnici cum Epicuræis pro destruenda Dei providentia mundi *ἀταξίαν* acriter urgent, quæ quidem etiam tempestatum, ventorum, item homicidiorum, incendiorum exemplis actumultuario plerumq; rerum motu confirmari posset; attamen, cum & in illis ipsis confusis, nec non inordinatis gubernandis, dirigendis & ad certos fines determinandis vel maximè efficax sit Dei providentia, quis exinde eam inficiaretur? Sunt itaq; rerum confusio & æterna Dei præscientia seu providentia minus contraria, mutuo sese neutiquam excludentia. Quibus adjicitur, confusa rerum non dici reverà, sed apparenter talia, quippe cum in mundo tale nil confusum sit, quin certo respectu, per divinam moderatricem providentiam redigatur in ordinem. Eventus namq; semper demonstrat, illa sapientissimo Dei consilio ita fuisse gubernata, ut ex iis ordo justitiæ, sapientiæ, bonitatis ac potentiae divinæ potuerit observari. Ita ingens quidem erat *ἀταξία* in factò filiòrum Jacobi, fratrem Josephum ex hostili odio vendentium, & tamen ipse Josephus agnoscit admirandum providentiæ divinæ ordinem *Gen. 50, 20.* *Vos quidem cogitaveratis*

C 2

veratis

Fulb. Epic.

veratū contra me malum, sed Deus cogitavit illud in bonum convertere, ut faceret, sicut est die hoc, conservando in vitā populam multam: de similibus simile ferendum est iudicium, etiam si ordinis divini rationem non semper assequamur. Sic enim Fulbertus Episcopus: mens, humana cum divine dispositionis causas per se discutere non valeat, ad hoc, quod deprehendere non valet, verenter erronee disputationis oculos claudat.

Arist. l. 4. d. gen. anim. c. 4. Con. l. 2 c. 5. art. 2. q. 6. Gerh. l. de prov. s. 148. Thom. p. 1. q. 22. a. 2.

Conim. d. l.

§. 17. Hinc facile quoque apparet, quam futile sit blasphemorum illorum argumentum, à monstris & effectibus naturalibus petitum. Licet enim Aristoteles l. 4. de gen. anim. c. 4. monstra *παρεμβάσεις τῆς φύσεως* appellitet, nequaquam tamen ea citra naturantis causæ tanquam primæ intentionem eveniunt, sicut ritè statuunt Conimbricenses l. 2. c. 5. art. 2. qv. 6. quibus suffragatur Gerh. in lib. de prov. art. §. 148. & Thom. p. 1. qv. 22. art. 2. quemadmodum enim Deus rerum eventus suā providentiā sapientissimè prævenit ac disposuit, ita quoque monstrorum rationem habere illum necesse est. Unde Conimbr. d. l. dicitur: Deum monstra in hoc mundo esse velle tūm ob alias causas, tūm propter universi pulchritudinem, ut nimirum hoc spectabilis mundi theatrum, non elegantium duntaxat, sed deformium quoque; velut imaginum varietate exornetur. Verba eorum hæc sunt: Etenim ea, quæ fœda sunt, ad universitatis decorem & elegantiam faciunt, eo modo, quo gratiam lacis commendat obscuritas noctis & umbra utriusque colores picturæ augeat venustatem, dum eminentiora quoque distinguunt, & differentiā colorum alternā vice excitante opposita juxta se posita clariùs elucescunt.

Porismall

Neque fortis piorum & impiorum diversitas providentiam divinam evertit.

§. 18. Querebatur olim Telamon apud Cic. si homines curent Dii, benè bonis fit, malè malis: quod nunc abest. Et Euripides apud Athenagoram in Apologiâ.

Eurip. ap. Athen.

Sape mihi subivit cura.

Am.

Animum, dubitavi anxie
Deus an futura regat
Hominum inconstantem vitam.
In quâ & in opinatò sæpius
Et iniquè miseri sunt quidam
In familiis etiam claris.
Aliqui, quod nemo sperasset,
Absq; Deo fortunati.

§. 19. Malè hoc & aliquando torsit non modò genti-
les sed & viros religiosa pietate maximè conspicuos secundùm
Ps. 73, 12. Et ritè Dominus *D. Chemnitius* monet, quando in *D. Chemn.
de caus. p.*
seriis tentationibus de Dei providentiâ cogitemus, quod na-
turâ firmus omnes vel Stoici, vel Epicuræi, præsertim si piorum in
hâc vitâ miseras, impiorum contra prosperitates paulò al-
tiùs intueamur.

§. 20. Ita quoq; ille Pontificiorum externus splendor
hominum oculos ita perstringit, ut illius irretiti illecebris,
felicitatem temporalem pro genuinâ propriâq; Ecclesiæ
notâ agnoscant: Hinc prosperitatem & victorias *Constantini,
Theodosii Senioris, Honorii, Theodosii Junioris, Justiniani Se-
nioris, Heraclii, &c.* ex Ecclesiasticâ historiâ jaçitant tantope-
rè. Clamitant hinc, Imperatores orientis ab eo tempore,
quo propter dissidium circa imagines se ab Ecclesiâ Romanâ
separaverunt, semper indies se habuisse deteriùs, donec impe-
rium penitùs amiserint: In occidente, verò Imperatores sem-
per magis vel minùs floruisse, ut magis vel minus Ecclesiæ
fuerint addicti. Et propterea nil in ore magis ipsis, quàm quod
nobis, & præcipuè nostrarum Ecclesiarum ministris pauper-
tatem, contemptum, mundiq; objiciant odia.

§. 21. Sed absit, ut vel ab hoc animum despondeamus!
absit ut hac in parte æternæ Dei providentiæ maculam affin-
gamus! ut à temperali felicitate, divitiis, victoriis, splendore
externo, de religionis & Ecclesiæ veritate judicium feramus!
Manebit potiùs Regis sapientissimi effatum firmum, quod ex
successu externo de Dei gratiâ vel odio certi quippiam deli-
neari,

Hugo de S.
Sicf.

neari nequeat Eccles. 9. 1. *Nescit homo utrum amore vel odio dignus sit.* In quem locum sic commentatur Hugo de S. Victore. *In Ecclesia nescit homo aut amorem aut odium, quia beneficia temporalia indifferenter eveniunt bonis atq; malis, hæc indistinctio obtenebrat mentes hominũ de providentiã Dei.* Intueamur Christum Ecclesiæ caput, qvali fortunã sit in mundo usus; cujus tota vita nil nisi continua calamitatũ tela fuit, Matt. 8, 20. Luc. 24, 26. qvamobrem cum Ecclesia sit corpus Christi mysticum, eam huic capiti suo per tribulationes atq; persequutiones conformari oportet Rom. 8, 29. Hinc auditur querela Ecclesiæ Israeliticæ Ps. 129, 1. *multum affecerunt me angustiis inde à pueritia.* De Ecclesia N. T. ait Christus Joh. 16, 20. *Amen Amen dico vobis òτι κλαύσετε καὶ θρηνηήσετε &c. & v. 33. ἐν τῷ κόσμῳ θλίψιν ἔξετε* conf. Act. 14. 22. 2. Tim 3, 12. Ap. 12, 13. Super hoc tamen quoq; dictat scriptura, hanc providentiæ Dei apologiam generalem constare gubernationi divinæ sapientiam ac justitiam suam, ac in illa piis consolationem solidam, per certam futuri universalis iudicii expectationem 2. Thes. 1. 6. & 7. Rom. 8. &c. sub quã iudicii expectatione non rarò reãpse huius etiam vitæ illam Petri Apostoli affirmationem confirmat experientia. Oculos Domini intentos esse in justos, & aures ejus in deprecationem illorum 1. Pet. 3. 12, ut vel in mediis quoq; ac gravissimis afflictionibus pii se consolari queant, se etiam lacrymantes æterni gaudii sementem facere Ps. 126, 5. Luc. 6. 20. 23. Heb. 12. 5. 11. Rom. 8, 4, impios autem pace conscientia destitui Es. 48, 22. per omnem vitam metu mortis vexari perpetuò, non melioris post mortem vitæ spem habentes, sed contrariam iudicii, expectationem Luc. 6, 24 25. Jac. 5, 25. Heb. 2, 15. 1. Thes. 4, 13. Eph. 2, 12. quæ pertractata fuissius lege ap. Gerh. de prov. §. 143 p. m. 142. & eund. in disp. de nat. D. c. de justit Dei. Hut. in loc. de pr. q. 1. p. 221.

Gerh. de
prov. § 243.
p. 142. & in
diss. de nat.
D. c. de just.
D. Hut. in l.
de pr. q. 1.
p. 221.

CAP. II.

De Providentiã divinã Principiis.

Princi-

Principia Providentiæ divinæ duo sunt, Theſ. V.
unum dirigens, alterum verò imperans.

*Principium dirigens Providentiam Dei est secundum Damascenum 2. orth. fid. c. 32. divina illa πρωτε-
ποψια, sapientissima γνώσις ac cognitio, quæ Deus res
non tantum presentes & præteritas, sed & futuras, quæ
si actu existant, in perpetuo, stabili, nec non immutabili
vōv intuetur, & quid unicuiq; conveniat, optimè intel-
ligit, absq; ullo tamen aut necessitatis aut coactionis
vinculo.*

Dam. 2. orth.
fid. c. 32.

§. 1. Stabilitur ista πρωτε-
ποψια & intuitus divinus

I. Ex Naturâ h. m. Deus est Architectus omnium re-
rum; est enim prima earum causa. E. mente & intelligentiâ
præditus. Cum enim tam sapienter omnia condita sint, non
potuerunt quàm à mente atq; intelligentia produci. Eam
ob causam Anaxagoram tantopere prædicat Aristoteles,
quòd, cum cæteri Physici mundum hunc exigne, alii è terrâ,
alii ex aliâ materiâ conficerent, ille primus causam efficien-
tem, mentem, adjecerit, quæ tam præclare cuncta ordinaverit.
Locus illustris hâc de re in primâ philosophiâ est l. 1. met. cap. 3.
μετὰ δὲ Ἰστῆς καὶ τὰς τοιαύτας δεξὰς, &c.

Arist. l. 1.
met. 3.

I I. Ex perfectione illâ Dei summâ, & inter omnes
creaturarum perfectiones primâ, quæ cum maximè Deo com-
petat, ecquid scientiam ipsius subterfugiat? Maximus Tyrius
Platonicus dissert. 1., mentem divinam soli propterea compa-
rat, eò quod hujus instar uno intuitu cuncta videat, quod post-
modum Boëthius l. 5. de consol. Philos. met. 11. hunc in modum
expresit:

M. Tyr. Pl.
diss. 1.

Boëth. l. 5.
de consol.

Phil. met. 11

*Huic ex alto cuncta tuenti
Nulla terra moleresistunt,
Non nox atris nubibus obstat.
Quæ sunt, quæ fuerunt, veniuntq;
Uno mentis cernit in ictu*

Quem

*Quem quia respicit omnia solus,
Verum possis dicere solem.*

III. Tandem ex Scriptura facile ostenditur. Ita enim Petrus Joh. ult. v. 17. ad Christum ait: *Domine σὺ πάντων οἶδας*. Rursus Johannes I. Ep. 3, 29. *Deus γνώσκει πάντα*, Ex V. T. huc allega Ps. 33, 13. 14. 15. ubi tria verba *טִּבְּרַתְּ הַיָּמִים* & *יָדָה* inveniuntur, & propriè intrinsecus in mente ac intellectu, ordine & certâ quâdam dispositione considerationem significant.

§. 2. Ne verò hanc scientiam s. *περγνώσιν* de notitia circa Christum ejusq; medium versante, aut de prænotione fidei in Christum usq; ad vitæ finem perseveraturæ sinistrè interpretaris, teneas scientiã h. l. accipi *γενικῶς* pro scientiã rerũ generali, quando vel fiunt, vel factæ vel futuræ sunt. Quam Apostolus Heb. 4, 13. verbis ἐμφάσις penetrantissimis depingit, h. m. *ὅτι ἔστι κτίσις ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ, πάντα δὲ γυμνά καὶ πετραχηλισμένα πῆς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ*, ubi vox posterior propriè in cervicem resupinare significat, utiturq; illâ Apostolus, ut indicet, nil nostrarum rerum latere Deum. *Chrysostomus* vult verbum esse à victimis translatum, in quibus maectatis ac nudatis pelle, intus omnia sunt conspicua: Cum quo ex mente Patrum Græcorum *Isidorus Pelusiota l. 1. epist. 94.* quem laudat *B. Gerb. exeg. p. 871.* & ferè sequuntur *Beza, Paræus, Capellus, Estius, Benedictus Justinianus*, alii. Quidam à re *palestricã nec non agonisticã*, quã ille luctatorum *ἀντίπαλον τετραχηλίζειν ἢ ἐκτετραχηλίζειν* dicebatur, qui obtorto collo adversarium ita adoriebatur, ut illius inequitans cervici eum spectatorum oculis nudum conspiciendum objiceret, ac resupinatum, uti *Petro Fabro Agon. l. 1. c. 10. 11.* & *Johanni Cameroni myroth. Ev. p. 314. visum.* Quamcunq; harum exoseuleris sententiam, contextui faventem facile deprehendes.

§. 3. Objectum hujus *περγνώσεως* non saltem sunt absolutè futura, sed & contingenter talia, quod vel ex ejusmodi contingentium propriã ratione ostenditur. Tales enim contingentes propositiones, neq; impossibiles, neq; etiam quasi suspensæ quoad veritatẽ aut falsitatem, sed ad alterutram deter-

*Isid. Pel. l. 1.
epist. 94.
Gerb. exeg.
p. 871.*

*P. Fab. A-
gon. l. 1. c.
10. 11. 3. Cã.
myr. Ev. p.
314.*

determinata sunt, quamquā à nobis vix ac ne vix quidem discernantur, quę omnia non tam fusè, quàm nervosè verbis atq; exemplis pertractavit *Amplissimus Dominus Praeses in brev. Th. c. 4. th. 6. seqq.* ut tandem summam hujus scientiæ necessitatem ex divinae providentiæ perfectione nec non effectibus ejusdem sicco pede transiliam. Nam & reverà imperfecto modo Deus procederet, si non præseiret, quod ex omnibus suis ordinationibus, permissionibus, sit eventurum, donec effectus ut jam factos prævideret: alioquin necesse foret, illum quasi dubitando, & tentando procedere, præsertim in effectibus causarum liberarum, & motionibus earum, ita ut non possit Deus, postquam aliquid permittit, aliquid definitè statuere, quod independet, nisi prius veluti expectet, ut videat, quid causa secunda efficiat, & sic consequenter de aliis vid. *Suar. l. 2. de sc. cond. fut. cont. c. 5.*

D. Hülf. in br. Th. c. 4. th. 6.

Suar. l. 2. de sc. met. cond. fut. cont. c. 5.

§. 4. Ut verò fundamentum exserto, cui insistamus, si ἀμετακίνητοι καὶ ἀμετακίνητοι versari cupiamus, monstremus digito, scripturam, sufficienter nos de hoc instruentem, consulamus. Multa cum primis, & illustria hujus rei documenta notavit *B. Höpfnerus Doct̄or & Professor olim noster in hęc Academia celeberrimus, & nunc post funera colendisimus in d. d. int & scient. Dei; nos impræsentiarum delectum habituri, hos duos saltem locos potiores in medium probationis loco adferamus, quorum primus occurrit 1. Sam. 23. ubi David, quærens Dominum, si quando maneret in oppido Keila, Saul esset venturus ad illud obsidendū, hoc tulit responsi, quod sic: v. 11. porro cū seiscitaretur, an posita, jam obsidione contingenter eventurā, cives & incola Keila ipsum tradituri essent in manus Saulis, affirmativè denuò respondebatur v. 12. Prædicat itaque Deus, quod non absolutè, sed ex hypothesi tantū futurum erat. Positis namq; commemoratione Davidis in Keilā, & Saulis descensione, possibile ex hypothesi futurum erat, Davidem tradi in manus Saulis. Alter locus habetur Matth. 21, 21. quando Salvator de Tyriis & Sidoniis indefinitè inquit: ἡ ἐν Τυρίῳ καὶ Σιδῶνι ἐγένοντο αἱ δυνάμεις αἱ γρόμεναι ἐν ὑμῖν, πάλαι ἄρ*

D. Heintz. Höpfn. in d. d. sc. m.

D

λαί ἄρ

ἡ αὐτὴ ἐν σαρκὶ καὶ ἀποδοῦναι μετένοησαν : Suppono hic, non ser-
 monem fieri de gratiâ conversionis hominis irrogeniti ordi-
 nariâ, seu lentâ actione Dei, quâ homines mediante verbi mi-
 nisterio è tenebrarum regno gradatim educit, sed de extraor-
 dinariâ, quâ Deus pro liberâ suâ voluntate & infinitâ sapientiâ
 hunc ad illum miraculosâ ac planè singulari methodo, vel ad
 gratiæ divitias, in eo demonstrandas, vel aliam peculiarem ob-
 causam nobis incognitam, convertit, quæ ordinariæ nonnun-
 quam superadditur, notante *Joh. Maldonato*. Jam verò cer-
 tum est, ex clarissimâ Salvatoris assertione, futuram fuisse Tyri
 & Sidonis conversionem, positâ hâc hypothesi, si tot miracu-
 la oculis usurpassent, quod Galilæi, ita ut pœnitentiâ eorum
 salutaris, ex gratiâ Dei fuisset eventura, adimpleta conditione,
 sc. patrione miraculorum, ad cujus tamen præstationem
 Deus non tenebatur. Velim autem hic quasi ἐν παρόδῳ no-
 tes calvinisticum Triglandii atq; Twissi spiritum, qui in loco
 1. Sam. 2, 10. 11. 12. indicari ajunt, non tam quid futurum esset,
 positâ illa hypothesi, quàm quid illo tempore esset in præsen-
 ti, videlicet, quid Saul apud se statuissent, quo essent Keilitæ
 erga Davidem & Saulem animo. vid. *Trigl. de sc. med. p. 485.*
Twis. de ead. l. 1. p. 168. seqq. In loco verò Matth. haberi condi-
 tionem impossibilem, exaggerationi atq;ve amplificationi
 rei saltem inservientem; Verùm si textum ipsum excutiamus,
 non tam de ipsâ voluntate, quàm facto, an scilicet futurum
 sit, ut David iis tradatur, quæri manifestum erit. Sic etiam
 conditionis impossibilitatem apud Matthæum si quis urgeat,
 ipsi divinæ potentiæ certas leges ac terminos constituit. Mo-
 dum interim hujus cognitionis, quod attinet, ejus difficul-
 tate nonnulli superati Theologi, nullam sufficientem ratio-
 nem aut modum in hâc vitâ à nobis explicari posse conten-
 derunt; sed satis esse, si ex divinæ perfectionis infinitate Deum
 hæc omnia nosse concludamus, ut videre est in *Ocham, Gabrie-*
le & Gregorio m. 1. dist. 38. & Marsilio q. 40. quod & nobis im-
 præsentiarum erit adjumento.

Joh. Mald.

Trigl. de sc. m.

p. 485.

Twis. de ead. l.

1. p. 168. seq.

Och. Gab. Greg.

in 1. dist. 38.

Mars. q. 40.

§. 5. Scholastici ex his præsuppositis cognitionem vel
 scien-

scientiam Dei, utut per se unica est & simplicissima, secun-
 dum tamen varia connotata & inadæquatos conceptus di-
 stingunt in abstractivam, simplicem, vel simplicis notitiam
 atq; intelligentiæ, quâ Deus non tantum semetipsum, sed &
 rerum possibilitatum quidditates, secundum illud esse, quod
 habere possunt, dato etiam, quod nunquam debeant esse, in-
 telligit, & cognitionem intuitivam, visionis & liberam, quâ
 DEUS in decreto suo voluntatis res extra se existentes, præ-
 teritas quidem sub ratione præteritionis, secundum esse quod
 habuerunt; præsentibus sub ratione præsentialitatis, secundum
 esse quod habent, absoluteq; futuras, sub ratione futuritionis,
 secundum esse quod absolute sunt habituræ, citra ullam con-
 ditionem, sive necessariò s. contingenter sint eventuræ co-
 gnoscit conf pluribus de hâc scientiæ Dei diversitate *Didac.*
Alvar. de auxil. disp. 7. 8. 9. ex Calvinianis Thom. Twissus in ma-
gno vol. contra scient. Dei med. Ludov. Crocius dissere. apolog. 6.
de intell. Dei: ex Arminianis Moses Ammiratus in def. sent. Job.
Calv. c. 6. & in animad. Spanheimii exerc. de grat. Arrisit etiam
 nonnullis scientia Dei media, utpote *Marino Marsenno Mine-*
rita ad B. p. 68. præcipuè tamen Jesuitis, è quibus Molina, Vas-
ques, Suarez, Becanus, Fonseca, ac patribus congregationis o-
ratoriarum, quos inter Guillelmus Gibbieuf. de libert. Dei & crea-
turæ: Imprimis hâc mire triumphat Suarez de auxil. gratia
 quando eadem Remonstrantibus Belgii se probavit, ut videre
 est ex *Gerardo, Johanne Vossio Hist. pelag. l. 7. p. 2. t. 2. p. 645. Gre-*
vinochio cont. Amesium, diss. de elect. & fide prævisâ p. 346. post
Jac. Armin. diss. priv. 17. & alii: Contra Remonstrantes verò
 ipsam quàm maximè execrantur; Evolvatur *Guilielmus Twis-*
sus scientiam Dei mediam, nuperum Jesuitarum inventum,
 atque omni ratione abhorrentissimum *de scient. m. p. 158. Gis-*
bertus Voëtius, novum hominum fanaticorum somnium,
 & hæc *excogitatum, Scripturæ S. Patribus & Schola-*
 sticis ignotum, monstrum in extremas oras deportandum;
ad B. p. 345. & 274 Jacobus Trigl. commentum vanissimum,
 Deo profus indignum, *de sc. m. p. 486. Fridericus Spanb. evan-*
 geliorum, qui pelagianissimum hoc modo incrustare, vires
 huma-

Did. Alvar. de
aux. disp. 7. 8. 9
Twissus in m. s.
cont. sc. m.
Lud. Croc. dis.
ap. 6. de int. d.
M. Ammir. in
def. sent. Job.
Calv. c. 6. & in
anim. Spanb.
exerc. de grat.
M. M. M. ad B.
p. 68.
J. Vos. Hist. pe-
lag. l. 7. p. 2. t. 2.
p. 645.
Ames. diss. de e-
lect. & fid. præ-
p. 346. Jacob.
Armin. diss. pr.
17.
Twissus. de sc. m.
p. 158.
G. Voët.
Trigl. de sc. m.
Fr. Spanb. dub
Ev. 33. p. 278.

P. in med. Th.
de aatrib. Dei
aph. 26.

humani arbitrii efferre, creationem à creaturâ, causam primam à secundâ suspendere, studio habuerunt, *dub. Ev. p. 1. dub. 33. p. 278.* appellitantes. Sed de hoc invicem tamdiu litigent, quamdiu placuerit. Mihi, si quid certi statuendum, in *Honore* *ratissimi Domini Parentis Sententia* acquiescendum esse duco, cui alicubi scientia Dei media in rigore sumpta, à simplici intelligentiâ minùs videtur alia; quoniam termini præter necessitatem non sint multiplicandi. Quæ de præscientiâ divinâ in se consideratâ statuisse sufficiant.

§. 6. Itaq; nobis nunc circa id versantibus, è quò præscientia divina dicitur τὸ πρὸς ἑ, & semper aliquam πρὸς ἄλλο ἔσθιν obtinet, evincendum est, eam rebus nullam imponere necessitatem. Patet hoc manifestò. (1.) ex scripturâ, quæ expressè docet, Deum certò nosse omnia futura, ut supra probatum est, nec minùs tamen etiam inculcat, multa contingenter evenire, nullaq; necessitate angelos & homines agere, quicquid voluntate suâ faciunt, sive bona per gratiam divinam, nec non Spiritus S. assistentiam, sive propriâ perversitate mala perpetrent. (2.) ex ipsius præscientiæ divinæ conditione, quippe propter quam omnia futura esse sequeretur, si ejusmodi rerum infallibilis necessitas statueretur, cum tamen præscientia divina illa causa nequaquam sit, ob quam res extititæ est. Non enim propterea res fieri, quod Deus præcognoscat, sed quia res ita fiunt, ita quoq; à Deo provideri & præsciri antea statuimus. E. g. quando aliquem ambularem video, is necessariò à me videtur ambulare, interim non ambulat necessariò propter meum visum, sed quia, dum ambulat, non potest non simul ambulare. Ita quoq; Deus in præsentis omnia intuetur, & eo modo, quo fiunt, interim ob illam visionem Dei fieri, quis autemet? Veteres rem pluribus exemplis confirmarunt, utpote exemplo Astrologi, qui è naturalibus causis infallibiliter eclipsin anni sequentis, medici, qui mortem ægroti agonizantis, architecti, qui ruinam ædificii nutantis, Naveleri, qui tempestatem cæli minitantis præsciunt, nec tamen ob id Astrologus Eclipseos, medicus mortis, architectus ruinæ, naveler

clerus

clerus tempestatis causa fiunt. Idem ad præscientiam divinam applica, & informaberis accuratiùs, eam non tollere rerum contingentiam. (3.) Accedit huic nostræ assertioni orthodoxæ antiquitatis consensus. Sic enim *Justinus Philosophus & Martyr resp. 58 ad orthodoxos: Præscientia non est causa ejus, quod futurum est: sed quod futurum est, causa est præscientiæ.* *J. P. Martyr resp. 58. ad orthodox.*

Suffragatur *Augustinus l. 13. de lib arb. c. 4 Sicut memoria tua non cogit facta esse quæ prætereunt: Sic Deus præscientiâ suâ non cogit faciendâ, quæ futura sunt. Et Theologi valem extraxerunt regulam: Res non pendent à scientiâ, sed scientia à rebus. De qua Diet. in Symb. Apost. de prov. q 9. Meisn. p. 1. Phil. sobr. sect. 4. q. 4. Orig. super c. 8. Epistole ad Rom. legantur.* *August. l. 3. de lib. arb. c. 4. Diet. in Symb. Apost. de prov. Meisn. p. 1. Phil. Sobr. s. 4. q. 4. Orig. sup. c. 8. Epist. Rom.*

§. 7. Duo tamen necessitatis, genera, ut ad quæstionis propositæ decisionem veniamus, constitui potissimum solent: Quorum prius oritur ex necessitate causæ cum effectu coherentis, appellaturq; necessitas absoluta seu consequentis: posterius ex actu existentia nec non effectus necessitate ad causam consequentis, & nominatur necessitas conditionis aut consequentia, quæ in rebus singularibus & contingentibus quodammodo locum invenit, quamvis nonnulli metaphysicorum propriè sic dictam necessitatem esse, diffiteantur. Interim tamen non minus scriptura, quàm veneranda antiquitas hæc distinctione, virtualiter fuit usa, ut de iisdem dubitandi ansa nobis penitus abscindatur.

Sed hisce duo potissimum hostium agmina se opponunt, quorum unum est Socianorum, & cum his Simon Episcopius, Remonstrantium in Belgio olim antesignanus; alterum Calvinianorum, prout ex sequentibus inclarescet.

§. 8. *Faustus Socinus in præl. c. 8. p. 25. seqq. & eum eo Smalcus in not. ref. nod. Gord. c. 17. dogma nostrum destruunt* *F. Soc. in præl. c. 8. p. 25. Smalc. in not. ref. nod. Gord. c. 17.*

D 3,

quando

quando præscientiam futurorum contingentium, quam Deo
 vindicavimus, denegatum eunt. *Nec enim ea, quæ non fuerunt,
 nec sunt, nec centò futura sunt, ullo modo esse, adeoq; Deo præsen-
 tia esse non posse, censent; item contingentia antequam fiunt, eti-
 am respectu decreti divini, nec futura esse, nec esse non futura:
 sunt enim ad utrumq; loquitur Socinus cit. 1. & nulla est eorum
 per se determinata veritas.* Verùm enim verò, quid scientiam
 Deo adimere; ejusdemq; interminabili potentia ac scientia
 terminos figere, est si hoc non est? Eò certe impietatis, ne judæi
 quidem devenerunt, ut futurorum nescientiam Deo affinge-
 rent, sed הכל צפוי omnia ei prævisa esse, uno fatentur ore,
 vid. Mosen Maimona è versione Buxtorf. c. 3. D. perplex. p. 3.
 Menassen, non tantùm in Conciliat. ad Exod. q. 6 p. 113. sed &
 integro lib. 3. quem de Terminò vitæ conscripsit sect. 2. Hinc igitur
 perversæ sententiæ obstant, non modo ea, quæ supra §. 1 atq; 4.
 citavimus loca scripturæ, sed etiam cum primis dictum Es. 41.
 v. 22. ubi הַבְּאוֹת אֲשֶׁר תִּקְרֹבָה eventura, nec non הַבְּאוֹת
 futura accidentia seu contingentia Deo, ejusq; præscientia
 evidenter adscribuntur; Quia & tot prædictiones loquuntur,
 ut optime Tertull. adv. Marc. l. 2. c. 5. asseruerit: *Præscientiam
 Dei tantos habere testes, quantos fecerit Prophetas.* Et falsa
 omnino hypothesis innituntur Adversarii, quasi futura con-
 tingentia nulli plane intellectui, etiam divino sint scibilia;
 sive enim futura contingentia materialiter in genere possibili-
 lium, sive formaliter in genere futurorum considerent, verita-
 tis sunt determinatæ, ideoq; cognoscibilia saltem ab intellectu
 divino infallibiliter, sive jam necessariò, sive contingentè, ab-
 solutè vel sub conditione sint futura. Frustra verò à negatio-
 ne actualis existentia futurorum ad negationem determinatæ
 veritatis procedunt, eò quòd futurum quoq; ex hypothesis tale sit
 objectivè verum, ac propositiones de futuris etiam singulari-
 bus sint æternæ veritatis. Scio equidem Philosophum ὡς ἴσμεν
 c. 7. & 9. videri in alia omnia abire, cum verò secundum in-
 terpretes ad intellectum humanum restringat, quæ dicitur,
 advers.

*M. Maim. e. 6.
 Buxt. c. 3. d.
 perpl. p. 3.
 Men. in conc.
 ad Exod. q. 6.
 p. 113. & l. de
 Term. vit. f. 2.*

*Tertull. adv.
 Marc. l. 2. c. 5.*

*Aristotel. ὡς ἴσμεν
 c. 7. & 9.*

adversariorum sententiæ parum accedit, adeoq; nos minus
ferit: Quo circa *ὡς ἐστὶν τὰ ἐκκαμυμένα πηδᾶν* nolumus: obti-
nuisse satis sit, futurorum contingentium notitiam Deo falso
denegari, & denegari non posse.

§. 9. *Episcopium* autem quod concernit, ille in *disp. priv. 4. de Deo §. 10.* & in *Apol. Remonstr. p. 43.* non equidem negat Deo contingentium Scientiam posse vendicari, imprimis, quia hanc eidem Scriptura passim videatur attribuere, problematicè tamen disputat. *An scitu sit necessarium ad hoc, ut ritè Deus colatur, Scientiam ei competere futurorum contingentium absolutam & conditionatam.* Si enim necessarium non sit, meritò, inquit, *faceffere debere à Scholis & Ecclesiis intrincatas ac spinosas illas quæstiones, quæ de ejus modo ac fundamento cogitari solent.* Qui in hoc meretur censuram, dum hanc nostram orthodoxam sententiam ac doctrinam è Scholis atq; Ecclesiis proscribendam duxerit, eò quòd necessaria non sit; Licet namq; subterminis, quibus involvitur scholasticis, articulus fidei, seu res ad salutem creditu non sit necessaria, attamen res ipsa, iisdem contenta directè revelata est, ut oppositum asseverare arguat hæreticum, in crustare saltem, vertumnum.

§. 10. Calviniani circa idem, paulo tamen aliter fabulantur; His namq; plane certum est, præscientiâ divinâ sic cuncta regi, ut absolutâ prorsus accidant necessitate, adeoq; quæcunq; Deus præscit, inevitabili evenire necessitate, ut præscit. Ita statuunt *Zanchius disp. de prov. th. 7. Piscator vol. 1. disp. de prov. th. 105. 109. 110. Sohnius in disp. Heidelb. 13. th. 8. 9. Polanus in part. p. 36. Keckerm. in Syst. Theol. p. 144.* Quorum omnium tamen argumenta ruinoso nimis nituntur fundamento, licet iisdem capitalem suum hunc errorem variis hinc inde conquisitis subterfugiis *πύξ καὶ λάξ* eant propugnatum. Etenim ut alias eorum phaleras silentii supparo obtegam, ex dicto Joh. 12, 38. quòd tanquam palmarium jactitant rerum propter præscientiam Dei, immutabilitatem admodum periculosè docent, cum non eo loco Prophetia incredulitatis causa constituat, sed ejusdem potius exacta atq; eventui respondent.

Episcop. disp. prob. 4. de D. §. 10. & in apol. R. p. 43.

Zanch. disput. d. pr. th. 7.

Piscator vol. 1.

disp. de prob.

th. 105. 109.

110.

Sohn. in disp.

Heidelb. 13. th.

8. 9.

Polan. in part.

p. 36.

Keckerm. Syst.

Theol. p. 144.

Glass. l. 3. Phil.
sr. 7. p. 22.

Glass. d. l.

Chryf. hom. 6.
in Job.

Dam. l. 4. orb.
fid. c. 20.
Albert. in com.
Job. 12.

deus convenientia indicatur, uti *Glass. l. 3. Phil. tr. 7. p. 622.* non
inconcinne docet. Particulæ namq; ἵνα, ὅτι, διὰ τῆτο, non sem-
per causalem influxum in aliud, sed consequutionis, quandoq;
etiam necessitatem aut eventus ordinem designant, sicut apud
Glassium d. l. legere est. Quando itaq; Evangelista scribit, ὅτι
πιστεύουσιν αὐτὸν, ἵνα ὁ λόγος Ἡσαίας ἔωσθη πληρωθῆναι
& v. seq. ὅτι πάλιν εἶπεν Ἡσαίας &c. tunc prædictio ista pro-
phetica, seu præscientia Dei per Prophetam loquentis ratione
naturæ suæ spectata res non necessitat, sive non est causa, ut
eveniant, sed quia illæ futuræ, aut saltem possibles sunt, ad-
eoq; præsciuntur & prædicuntur, cumq; natura contingen-
tium non sit immutabilis, ideo neq; propter præscientiam
divinam res illæ contingentes erunt immutabiles, sed eventus
earum saltem ex hypothese necessarius existet, quem propter-
ea Deus per omniscientiam suam certò, nec non infallibiliter
prævidet, atq; per prophetas revelat. Idem h. l. etiam de
Incredulitate Judæorum statuendum est, cum probari neque-
at, indicari verbis istis aliquam credendi impossibilitatem, cu-
jus causa Esaiæ fuerit vaticinium, Deiq; præscientia, sed innui-
saltem, quomodo ad præscientiam Dei & prædictionem Pro-
phetæ Judæorum infallibiliter sequatur incredulitas. Unde
Chrysof. hom. 6. in Job. Particula *Quia non est causalis sed even-*
tus. Neq; quia dixit Esaias, ideo non crediderunt, sed quia non
credituri erant, ideo dixit Esaias. Quod itaq; accipi videtur
αἰτιολογικῶς, id intelligendum est ἐκβαλτικῶς secundum *Da-*
masc. l. 4. orb. fid. c. 20. & *Albert. in Com. Job. 12.* eodem sensu,
qui Hebræi vocem *יָדָה* usurpant *Ps. 51, 6. Am. 2, 7.* Cæterum
quod v. 39 additur: *Διὰ τῆτο ὅτι ἠδύναντο πιστεῖν, ὅτι πάλ-*
ιν εἶπεν Ἡσαίας: τετύφλωκεν αὐτῶν τὰς ὀφθαλμοὺς &c. id
non ita intelligendum est, quasi Deus efficaciter immitat du-
riciem cordis & occæcationem oculorum in impiis efficiat;
quod ipse *Calvinus* quoq; licet aliàs, tamen in h. l. affirmare
non audeat, proinde dicit: *Deum privare judicio & sensu, quan-*
do per Satanam homines dementat: sed quod Deus ejusmodi
pervi-

pervicaces peccatores deserat, atq; in peccatis suis callum ob-
 ducere permittat, id quod ipse Filius Dei graphicè declarat,
 quando eundem Prophetæ locum in N. T. apud Matthæum
 c. 13. allegans, omnem incredulitatis culpam in ipsos Judæos
 transfert, dicendo v. 13. Δια τῆτο ἐν ὄφθαλμοῖς αὐτοῖς λα-
 λῶ, ὅτι βλέποντες ἔβλεψαν καὶ ἀκούοντες οὐκ ἀκούσιν
 οὐδὲ σωθῶσι, ubi sanè confitetur, se propter affectatam ipso-
 rum ignorantiam, quò divinam hanc doctrinam eò melius
 caperent, parabolis, cœlestis regni mysteria declarasse, & v. seq.
 14. subjungit: Καὶ ἀναπληρῶται ἐπ' αὐτοῖς ἡ προφητεία
 Ησαΐα, ἡ λέγουσα: ἀκοὴ ἀκούετε, καὶ ἔμὴ σωθῆτε, &c. Ubi
 tandem v. 15. genuina in hujus cœcitatatis rationem aperit:
 Ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία ἔλαθ' ἡ τῆτο, καὶ τοῖς ὡς βαρέως
 ἤκασαν καὶ τὰς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάρμυσαν, μήποτε ἰδῶ-
 σιν, &c. Ubi verbum ἐπαχύνθη *obstipatum representat erassi-*
tiem juxta Polyb ut iste locus Matthæi ad oculum demonstret,
 quomodo κατ' ἀναλογία τῆ πίστεως prophetæ vaticinium ex-
 plicandum, & particula illæ (ὅτι, διὰ τῆτο) *eventualiter* sint
 exponendæ: ut sicco pede præteream verba Ebraica Es. 6, v. 9.
 & 10. in conjugatione Hiphilica fuisse posita, in quâ è com-
 muni grammaticorum calculo permissionem aliquam subin-
 dicare possunt, tantum abest, ut dictum Esaiæ c. 12. Joh. alle-
 gatum, de cœcitate quâdam sponte à Deo ipso immissa lo-
 quatur, ut ipse Propheta potiùs de supinâ populi negligentia
 & repugnantia, quam exeruerint, conqueratur, dum per Salva-
 toris nostri passionem opus salutis nostræ præcuravit. Tan-
 dem si quis exigat, quisnam propriè sit ille, qui τετύφλωκεν,
 eum ex Pauli sententiâ Deum hujus sæculi seu diabolum desi-
 gnamus, qui 2. Cor. 4, 4. Ἐτόφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων
 οἱς ἔμὴ αὐγάσαι αὐτοῖς φῶσμος τῆ εὐαγγελίης, &c.

Præscientia à providentiâ & prædestina- Porisma I.
 tione differt.

§. II. Quoniam facilè in hac quæstione de æternâ Dei
 providentiâ, vocabulorum istorum confusio paritura esset er-

E

rores,

rores, utiq; conveniens muneri videtur, ut eorundem evolutio à nobis subjungatur. Differt itaq; à Providentiâ Dei præscientia, tum *ratione substantiæ*, quoniam hæc nil aliud, quàm essentialiale in Deo idioma est, quòd *omniscientia* dicitur, & cum ipsissimâ Dei essentiâ simplicissimâ convertitur, quemadmodum reliqua idiomata omnia, nec à divinâ essentiâ realiter distinguuntur; Illa verò magis videtur actus quasi secundus, sive effectus essentialis in Deo voluntatis, à quâ foràs ad omnes creaturas procedit: tum *ratione modi*, quoniam præscientiam quasi habitum notitiæ in mente Dei, providentia verò operationem actumq; efficacem in rebus nec non actionibus illis, quæ in hoc mundo fiunt ac geruntur, involvat.

§. 12. A prædestinatione *ratione objecti* distinguitur, multoq; latius extenditur, siquidem res creatas omnes omniumq; eventuum gubernationem respicit, cum prædestinatio, & æterna Dei electio ad bonos saltem & electos, (de quo tamen alibi) restringatur.

Porisma II.

Præscientia divina atq; contingentia non sunt sibi invicem contradictoriè opposita, sed *ὑποαλληλως* subordinata, ut neutra alteram sive tollat, sive impediatur.

§. 13. Quia enim contingentia, tanquam affectio entis possibilis, nullam contradictionem implicans, est objectum actus Præscientiæ, ideò in futuro etiam infallibilem divinam cognitionem aut scientiam objectivè terminare potest, & per consequens ob divinæ hujus contemplationis ac scientiæ infallibilitatem non tollitur, sed dicitur contingere respectu ordinariæ dependentiæ effectus à causis secundis, quatenus illa vel sistitur, vel immutatur, horum accidentium respectu dicitur aliquid contingere. Quas accidentales mutationes Deus ab æterno omnino videt.

Princi-

vinam est ille *προνομοσ* sive *προνομοσις*, decretum ac voluntas prospiciendi rebus omnibus, quâ, sicuti Deus ab æterno res creatas conservare, gubernareque constituit, ita etiam, quando jam actu existunt, pari benignitatis affectu prosequitur, conservando scilicet, atque gubernando, prout decrevit.

§. 14. Tametsi in Deo propriè nec non accurate loquendo non est consilium, quo, tanquam medio, instrumento, aut ideâ, ad consultandum indigeat, attamen, cum in ipsius operibus summæ sapientiæ appareant vestigia, eaque, quæ humanitùs loquendo, summam animi deliberationem ac maturum consilium requirunt, peragat, inde tale quid scriptura *κατὰ συγκατάβατιν* ad nos, *ἀνθρωποπαθῶς* Deo attribuit, Job 15, 8. Es. 40, 12. Jer. 32, 19. prout nimirum juxta præcognitionem suam ab æterno de rebus futuris agendum statuit, certisque gradibus ad finem ordinavit, ut exinde *Scalig. exerc. 365. sect. 8. Ludovicum vivem*, qui Dei providentiam, voluntatem consilio universa gubernantem, constituerat, perperam arguerit. Aliàs quidem ipsum *προνομοσις* vocabulum de creaturarum productione atque conservatione in sacro codice expressum vix occurrit, sed per analogiam quandam, menti divinæ assignatur, fluens à perpetuâ illâ nec non exactâ, inter temporalem seu externam Dei actionem, & æternam seu internam ejusdem dispositionem, harmoniâ; quia enim in tempore Deum curare, conservare atque gubernare res creatas videmus, per id ipsum sane liquidum fit, quòd & ab æterno tale quid decreverit: Providi namque est, non solum rerum habere notitiam, sed & prospiciendi ipsis voluntatem, juxta illud Pauli Eph. 1, 11. *omnia operatur κατὰ τὸ βεβηκὸν ἔργον αὐτῶν.*

Scal. exerc. 365. sect. 8.

§. 15. Quum verò consilium seu propositum Dei duplex sit, vel *generale*, ad omnes omnino creaturas se extendens, vel *speciale*, quod salutem hominis spiritualem & æternam attingit; idque rursus vel *universale*, quo Deus ab æterno genus humanum in Adamo perituum, in Christo restaurare, itemque per media ordinata salvare constituit Eph. 1. 9. & 10. vel *particulare*, de salvandis ipso actu fidelibus Rom. 8, 28. hinc generale Dei propositum ad divinæ providentiæ objectum relatum, quod sese aliter *respectu bonarum*, aliter *respectu malarum actionum* habet, innuitur. Sicut enim hominū actiones Deus in tempore *διοικῆι*, ut bonas juvet ac præcipiat, malas autem aversetur, ac aliquando propter finem bonum, quem novit elicere, permittat: ita æternam Dei *περίθεσις* quoque comparatam esse dicendum est, ut bonas hominum actiones eodem modo imperare, probare & promoveri, malas autem propter bonum finem permittere decreverit, qualis etenim in tempore *διοίκησις* talis etiam, propter exactissimam, utriusque sibi correspondentis relationem, *διοικήσεως περίθεσις*.

CAPUT III.

De Providentiæ divinæ causis.

Causa Providentiæ Efficiens est Deus Trinus, Pater, Filius & Spiritus Sanctus. Nam Deus Pater in Filio per Spiritum S. conservat ac gubernat omnia.

§. 1. In genere de omnibus Deitatis Personis loquitur Scriptura Gen 22, 8. *יְהוָה אֱלֹהִים* ubi per vobulum *אֱלֹהִים* pluralis numeri junctum verbo singulari SS. Triados personarum in unâ simplicissimâ essentiâ divinâ, mysterium, quodammodo describitur sicut Gen. 1, 1. *בְּרָא אֱלֹהִים* & alibi. De quo nomine divino & mysterio auguste sufficienter à nostris actum est. vid. inter alios Dn. D. Meisn. ph. Sobr. Glas. in dissert. p. 2. p. m. 375. Glasius in dissert. Mos. *χρῆσις λογ.* primâ q. 1. & ex Calvi.

Meisn. ph. Sobr.

p. 2. p. 357.

Glas. in dissert.

Mos. *χρῆσις λογ.* 1.

q. 1.

Calvinianis *Alstedius in lex. Theol. c. 2. p. 100. seq.* Verbum verò
πῶν cum Dativo, nonnunquam mediante articulo ἡ con- *Alsted. in lex.
Th. c. 2. p. 100.*
structum, sedulam Dei prospectioem connotare ex usu no-
tum est, atq; superius adductum.

§. 2. Singulariter & in specie 1. *Deo Patri* Providentia
assignatur Joh. 5, 17 ubi Christus contra accusationem de vio-
lento Sabbato per paralytici sanationem, exemplo patris sui
se defendit, qui Sabbato non minus, quam aliis diebus o-
peretur, quando sic ait: ὁ πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται; ubi per
ἐργάζεσθαι creaturarum sustentationem atq; gubernationem
intelligit, quæ inde ab initio creationis, sicuti ἕως ἄρτι Matt.
14, 12. Joh. 2, 9. huc usq; duravit. Hinc ex Hebræorum more
τὸ ἐργάζεσθαι idem esse ac non cessare annotavit *Heinsius*, hoc
sensu: *Deum Patrem post creationem non quiescere, sed vi sua
homines, aliq; animalia sustentatione beare.*

Heinsius

§. 3. Porro & (2.) *Deo Filio* eod. l. Joh. 5, 17; vendica-
tur, quando pergit: Καὶ γὰρ ἐργάζομαι. Ubi in Καὶ γὰρ particula
καὶ comparativè ad morem ἔ Vav hebrai, usurpatur, quia
comparandi particula in oratione non rarè desunt *Glassio* atte-
stante, l. 3. tr. 5. p. 514. Quando cunq; igitur ἀποδοσεως parti- *Glassius l. 3. tr.
5. p. 514.*
cula deficit, in ἀποδοσεως, conjunctionem copulativam, pro
comparativâ, poni, consuetum est: Hinc talis dicti indaganda
resolutio: *Sicut Pater meus usq; modo operatur, ita & ego
operor*: similia occurrunt Ps. 125, 2. Prov. 26, 9. Joh. 14. 1. & 19.
Lucidiorem huic allucet faculam locus Heb. 1, 3. quando Fi-
lius Dei tanquam φέρων πάντα τὰ ῥήματα τῆς δυνάμεως αὐτῆς
introducitur. Hisce namq; scopo nostro satisfieri (1.) è contex-
tu manifestum est: cum mens Epistolæ Authoris sit probare
Filium Dei esse Deum ratione essentia & natura, idq; non tantum
ex opere creationis v. 2. & natura sive majestate ejus divinâ,
quòd sit ἀπύρασμα τῆς δόξης καὶ χαρακτήρα τῆς ὑποστάσεως
αὐτῆς (Πατρὸς) v. 3. sed & ex altero effectu divino, potentissimâ
sc. mundi ab ipso conditi conservatione v. eod. deducat (2.) ex
verbis ipsis & predicato: *Ferre namq; & portare omnia verbo
potentia non est tam effectus verbi divini scripti & salutis,*

E 3

quam

Franc. Dav.
Soc. p. 460. c. 8.
cl. 6. art. 2. cont
VVeck. & Bell.

quàm verbi omnipotentiae divinae Filii. Vocula verò *Φέρων* non solum moderamen rei secundum Franc. Dav. it. Socin. p. 460. Class. 6. art. 2. contra *Wieckum & Bell* sed etiam conservationem innuit, licet id *Erasmio* haectenus quasi displicuerit, siquidem, quia Christus, hic non nudè sed verbo potentiae suae h.c. *potenti* (per *Hebraismum vulgarem*) seu imperio regere dicitur, maximè omnia etiam sustentare atq; conservare dicitur. *Creatoris enim omnipotentia causa est subsistendi omni creatura*, inquit, *Glossa super h. l. ordinaria*: quæ virtus, si ab eis, quæ condidit, regendis aliquando cessaret, simul omnium rerum species & natura concideret. Discrimen aliàs gubernationis & conservationis non nego, hoc loco tamen arctissimo quasi nexu illa duo ita sunt conjuncta, ut unum alterum neutiquam excludat, potius includat; Qui enim vel Ecclesiam, vel omnia non quavis potestate, sed efficaci potentiâ administrat, is insimul, ne pereant, sustentat ac conservat. Et quid multis? confirmat interpretationem nostram cognata *loquutio Paulina Col. 1, 17. πάντα ἐκ αὐτοῦ συνέστηκε*, quæ tanquam cancellis conservationem Dei competentem includi ipse *Socinus p. 46. c. 8. Class. 6. arg.* diffiteri non audeat, licet ad Ecclesiam restringat, quod sententiae nostræ parùm, imò nihil detrahit: siquidem tanta in Ecclesiâ conservandâ requiratur potentia, quanta in totius mundi conservatione.

Socin. p. 46. c.
8. cl. 6. arg.

§. 4. Tandem (3.) *ipsi Spiritui S.* quoq; idem applicat Scriptura *Job. 33, 4. רוח-אל עשתני ונשמת שדי תחיני*. His namq; duo præclarissima opera explicantur (1.) *Hominiis generatio & creatio* verbo *עשה* quod cum primis de creatione usurpatur, sicuti reliquis omnis locis ex propria hujus articuli sede demonstramus *Gen. 1, 32. Et vidit Deus כל אשר עשה (omne quod fecerat) & ecce erat valdè bonum conf. c. 2, 2. consummavit Deus die septimo opus suum אשר עשה quod fecerat, & requievit ab omni opere suo אשר עשה quod fecerat,* (2.) *Hominiis in vitâ conservatio* *חיה* quod in secundâ conjugatione

gatione $\eta\eta$ non tantum significat vixit, seu operationes vita-
tales edidit, sed etiam in *vita conservavit, vivificavit*, loca
paral. sunt Ps. 22. *Et qui animam suam non vivificavit &c.* in vi-
ta conservare potuit, Gen. 19. & *vivificemus ex patre nostro se-
men*, 1. Sam. 27. Neq; *vivificavit virum vel mulierem &c.* Insu-
per ratio contextus hoc svadere videtur: Dicit enim Elihu, se à
Deo factum, à Deo etiam *conservari*, sicut act 17, 28 Apostolus
pronunciat: *In ipso vivimus, movemur & sumus*. Nonnulli
tamen membrum posterius non tam de conservatione, quàm
de primâ vitæ collatione exponunt: Et sic vertit Lutherus: *Der
Gdem des Allmächtigen hat mir das Leben gegeben.*

Thef. II X.

Causa Providentiæ materialis, seu obje-
ctum est vel generale & collectivum, Totus
mundus, s. res creatæ in universum, prout con-
junctim sumuntur: vel distributivum &
speciale, creaturæ singulæ, eaq; tam summæ,
quàm medioximæ & infimæ, unà cum suis
actionibus.

§. 5. Quæ sit divinæ providentiæ latitudo, non unat
atq; eadem est sententia. Nos scripturarum oraculis edocti
Eam (1.) *collectivè* circa universas creaturas occupatam esse,
adeoq; ambitu continere suo, quæcunq; in hoc mundo, in cœ-
lo & inferno fiunt ac geruntur, asserimus: Fidem nobis fa-
ciunt Apostolorum pronunciata jam suprâ adducta Hebr.
1, 3. portans $\tau\alpha\ \pi\acute{\alpha}\nu\tau\alpha$ ista omnia & Col. 1, 17. in ipso consistunt
 $\tau\alpha\ \pi\acute{\alpha}\nu\tau\alpha$, illa omnia. Hinc Ambros. *Non minus est gubernare
mundum, quàm creare, & Oecumenius δι' αὐτῆς τὴν γένεσιν καὶ
τὴν διαμονὴν ἔχει*: Itaq; particulam $\tau\alpha\ \pi\acute{\alpha}\nu\tau\alpha$ universè accipi
debere arbitramur, non solùm, quia substantivè & cum articu-
lo legitur (non enim simpliciter ait Apostolus $\Phi\acute{\epsilon}\rho\omega\ \pi\acute{\alpha}\nu\tau\alpha$,
 $\sigmaυν\acute{\epsilon}\sigma\eta\kappa\epsilon\ \pi\acute{\alpha}\nu\tau\alpha$, sed $\Phi\acute{\epsilon}\rho\omega\ \tau\alpha\ \pi\acute{\alpha}\nu\tau\alpha$, $\sigmaυν\acute{\epsilon}\sigma\eta\kappa\epsilon\ \tau\alpha\ \pi\acute{\alpha}\nu\tau\alpha$) ve-
rùm quia etiam de gubernatione & conservatione sermo est:
quoties

quoties verò in N. T. cum verbis, quæ vel creationem primam, vel gubernationem, vel conservationem significant, usurpatur, toties restrictionem non admittit, nec adversarii facile contrarium exemplum in medium nobis sistant; Pro nostrâ sententiâ locos Rom. 11, 35. 1. Cor. 8, 6. Eb. 2. 8. & 10. Phil. 3, 21. adducimus. Idem, ab eâdem imbuti scripturâ, succinunt, veteres, Athenagoras de resurr. Clem. Alex. Strom. 1. Athanasius contra gentes. Theoretus de prov. serm. 1. Theophilus ad Autolyc. l. 3. Basil. ap. Maximum in loc. com. c. 48. Aeneas Gazaus, Dorotheus de corrept. frat. d. 17. c. 44. Augustinus & alii.

Ath. de ref. Cl.
Alex. Strom. 1.
Athanas. cont.
gent. Theod. de
prov. serm. 1.
Theoph. ad Au-
tol. l. 3. Basil.
ap. Max. in l.
com. c. 28. En.
Gaz, Dorotheus
de corrept. frat.
d. 17. c. 44. Aug.

§. 6. II. Deinde distributivè circa singulas creaturas Dei versatur providentia, & sic (1.) spirituales, Angelos & animas ex c. Col. 1. (2.) corporeas, tam rationales Ps. 33, 13 quàm irrationales 2. Pet. 2. 16, tam animatas Ps. 104, 21, quàm inanimatas Ps. 19, 1. 5. 6. & Ps. 147, 4. & 8. Es. 40, 26. tam sentientes, quàm non sentientes Ps. 145, 15. 16. Ps. 104, 14. 16. Imò res abjectissimas Matt. 10, 29. Neq; enim harum cura à Dei majestatis, qui ad humilia etiam respicit Ps. 113, 5.

§. 7. Deinde actiones quoq; omnes bonæ, seu naturales & necessariae, seu contingentes & liberae, seu politicae, seu spirituales subsunt providentiæ divinæ. De spiritualibus res est liquidissima, cum non solum quoad principium sint à Deo solo, sed & postea, quoad actum ipsam per concursum divinum fiant ab hominibus, secundum Paulum Phil. 2, 13.

De actionibus humanis voluntariis, liberis, ac contingensibus testatur scriptura multifariâ (1.) de cordis cogitationibus & consiliis Prov. 11, 1. Ut rivi aquarum, sic animus Regis in manu Jehovæ, quocumq; vult, inclinat eum: ubi manifesta τὸ πῶς occurrit: Quemadmodum enim agricola rivum pro arbitrio huc atq; illuc deducit, sic non aliter corregis Deus flectit. Sic Ex. 3. Deus peculiariter suam dispositionem & directionem profitetur, inqviens: Dabo gratiam populo huic coram Egyptiis h. e. ut Vatablus & Junius annotarunt: Reddam gratiosum populum illum in oculis Egyptiorum, quod reperitur

peritur e. II. uti & de Josepho loquitur Gen. 39. *Adfuit Dominus Josepho, & misertus ejus, dedit ei gratiam in conspectu principis carceris.* Significabat igitur Moses hâc phrasi Ebraicâ, Deum effecturum, ut Israëlitis Ægyptii libenter gratificarentur; Nam & in eum modum Exod. 12. exponitur: *Dominus dedit gratiam populo coram Ægyptiis, ut commodarent eis, h. e. ex Junii versione. Et Jehova reddiderat gratiosum populum hunc ante oculos Ægyptiorum, adeò ut dederint eis petentibus.* Et illud de Josepho Mercerus sic interpretatur: *Gratiosum eum reddidit & acceptum principi carceris, ut ei gratus esset.* Oportet itaq; Deum operatum esse tum in carcerarii illius, tum in Ægyptiorum animis, ac suâ præsentî providentiâ effecisse id ipsam, quod tamen illi liberâ suâ voluntate effecerunt. (2.) De consiliorum humanorum successu & eventu seu secundum, seu præter intentionem contingat, loquitur Scriptura, Deum etiam illos eventus gubernare, qui homine nihil cogitante, aliudq; agente, præter intentionem & expectationem casu eveniunt, ut homicidia fortuita Ex. 21. v. 12. 13. Deut. 19, 5. Hisce casibus affines sunt illi, quibus intercedunt, vel saltem intercedere possunt, vota & expectatio humana; sed quæ non procurantur labore e. g. jactus alex aut sortium Prov. 16, 33. *Sortes mittuntur in sinum, sed à Deo temperantur:* sive ut disertius Junius ad Hebraicam veritatem: *In gremium conjicitur fors, à Jehova autem est tota ratio ejus: מִי הוּרָה כֹּל מִשְׁפָּט.* Significat enim משפט cujusq; rei rationem perpetuam, sive consuetudinem & legem. Putant, inquit, Levi Ben Gerson, *rationem sortis esse à fortunâ: sed invenies esse à Jehova.* Lyranus: *Ex divinâ providentiâ provenit, quod talis fors cecidit super talem.* Item casus illi, qui homini ne quidem curæ, sunt v. g. si passerculus in terram decidat Matth. 10, 29. vel uti legimus, quod 2. Sam. 1. *נקרא נקרא נקריתו Casu incidi in montem Gilboa, cum ecce Saul incumberet hastæ suæ, inquit is, qui se jussu occidisse Saulem narrabat;* Ubi observationem merito merentur verba Hebræa: Nam ab eadem sunt origine, unde nomina קרי & מקרה quæ eventum, contingentiam, accidens, fortunam designant.

F

Porro

Porro quoque; Deus omnem sibi laboris quotidiani atque curæ
ordinariæ v. g. in domus ædificatione & urbis custodiâ Ps. 127.
succesum asserit, quomodo contestatur etiam, à se esse
omnem mercaturæ & commerciorum felicitatem ad annonæ
nec non comæatûs affluentiam Hof. 2. 5. & 9. Ezech. 27. & c.
Majoris quoque; momenti negotia, & Belli, ut vocatur
alea, in manu Dei sunt juxta præviam scripturam Prov. 21, 41.
quibus addes cunctas Rerum publicarum ac regnorum muta-
tiones, earumque; periodos Dan. 4, 34. & 5, 26. Denique; in causis ne-
cessitate & instinctu naturali agentibus, quæ non sunt generabi-
les ipsæ, eminent illæ creaturæ, quæ ut permanent à principio
creationis, ita habent constantes motus atque operationes,
quibus naturali necessitate à principio insita, serviunt
Deo, creatoris consilio, ut Cælum & corpora cœlestia,
quæ suo motu temporum vicissitudines efficiunt, aera-
nasque; in sublunaria corpora retinent influentias. Harum ope-
rationes, quamvis insitis naturæ viribus emanent, à Deo nihil-
ominus gubernantur, sic ut non tantum divinitus non impe-
diantur, sed Dei quasi manu directrice ordinariè deducantur,
E. g. *Deus solem facit oriri, & ejus ortum ac occasum terminat,*
Matth. 5, 45. *Terra quoque; stationem circa centrum suum immobi-*
lem, & in illâ habitationis animantium, circaque; illam maris
positos terminos, ut providentiæ divinæ speculum (absque; quâ
centri vis nulla esset, ad terram in suo loco continendam) ex-
hibet Scriptura Act. 17, 26. Ps. 24, 1. 2. & 29, 12. Es. 40, 22. & c. In
aere specula sunt providentiæ Dei meteora. Nam Deus ligat
aquas in nubibus, & illas in aere suspendit Job 26. 8. 9. Ps. 104, 3.
Ex nubibus pluviam, nivem & grandinem terræ immittit Job 36.
27. Lev. 26, 3. 4. Deut. 11. 13, 14, 15, 16. Efficit idem Deus tonitru,
quod vox Dei tremenda nominatur Ex. 19. 16. 1. Sã. 12. 18. Job 40.
3. 4. Idem creat fulgurum, tanquam antambulonẽ suæ majestatis
Ps. 18. 13. & 50. 3. Idem è thesauris suis produxit ventos Ps. 135. 6, 7.
Jer. 10. 13. & dicitur volare super alas venti Ps. 18. 11. Atque; horum
meteororũ effectione arbitrariâ, tempestivâ vel intempestivâ,
gubernat, vel cû benedictione, vel cum maledictione, temporis
vicissitudines & anni tempestates Gen. 8, 9. Ps. 19. 65, quod ex in-
den.

fallibili sterilitatis, vel fertilitatis prophetica prædictione evidentissimum est v. g. *Pharaonis somnio* Gen. 41. & *Agabi indicio* in historia Apostolica Act 11. 28.

§. 8. Subjacent etiam providentiæ divinæ *actiones male*, seu *mala moralia tam culpæ quàm pœnæ*, diverso tamen respectu. Malum pœnæ, quatenus Deus in vindictam præcedentium flagitiorum tanquam justus Judex homini immittit, secundum illud Amos 3. 6. *Non est malum in civitate, quod non fecit Dominus.* Quoad malum vero culpæ non sub ratione ullius causæ, sed *partim permissionis, partim determinationis, partim in finem bonum directionis ratione*, providentiam divinam circa id versari certi sumus, sicuti inferius fusiùs explicabimus.

Antith.

Hanc providentiæ latitudinem extenuare conati fuerunt Judæi, & cum iis Philosophi, Peripatetici, Platonici, quorum parti ex parte annumerandus est Hieronymus.

§. 9. *Judæi* singulas atque universas res divinæ curæ quoad species quidem, non autem quoad individua subjectas esse nugantur, exceptis tamen eorum hominum individuis, in quibus Omnipotentissimus aliquod peculiare sui signum amoris ac indicium voluit elucere, teste *Rabbi Moysi tract. de direct. perplex. c. 163.*

R. Moys. 17.
de dir. perplex.
c. 136.

§. 10. *Philosophi* nonnulli, quorum *Augustinus* commemorat argutias, sublimia saltem ac cœlestia curæ Dei fore autumabant; contra terræ aërisque partem vicinioris, in qua venti consurgunt, atque nubes inaniter & casibus potius, fortuitisque motibus agitari, exceptis solis, quæ sunt æternæ, speciebus: humana hominum dispositioni eorumque imperio teneri adstricta, & sicut cœlum ac cœlestia à Deo, sic vicissim terram ac terrestria, ab Imperatoribus, terræque Monarchis gubernari.

§. 11. *Peripateticorum*, rerum conservationem nec non gubernationem Deum causis secundis quasi subdelegasse, fuit

sententia. Quibus saniora non prodiderunt *Platonici*, triplicem providentiam; *Primam universalem*, qua Deus singula dispositione conveniente adornet; *Alteram singularem*, quæ per alios, nescio quos genios, sive Deos inferiores sit efficax; & *tertiam*, quæ dæmonibus, h. e. bonis angelis & genis ad tutandos homines sit commissa, fingentes.

*Hier. in com.
super Prophet.
Habac. c. 1.*

§. 12. Sed horum omnium error non nisi ex falsissimâ hypothesis & persuasione illâ, quasi eò ipsò providentiæ divinæ quippiam detrahatur, aut Deus per concursum minutissimorum conspurcetur, profluxit. Quâ adductus quoque *Hieronymus in com. super Proph. Habac. c. 1.* sentit, convenire neutiquam Deo supremo, maximo curam viliorum, indecorum ac divinâ plane indignum majestate reputans, si circa res abjectas versari æstimetur, utpote, si deducatur ad hoc, ut per momenta singula habeat in promptu, quot culices nascantur, quotve moriantur, quanta pediculorum & muscarum sit multitudo? &c. Verùm *Ambrosius l. 1. de off. c. 13.* litem omnem dirimit, quando ait: *Si non est injuria & probrum Dei, minutissimas quasque res fecisse, multo minus probrum illius, factas regere.* Cui calculum administrat *Augustinus super Ps. 148.* Attendat *charitas vestra: Quis disposuit membra pulicis & culicis, ut habeant ordinem suum, vitam ac motum suum? Unam bestiolam brevem, minutissimam considera, quam volueris: si consideres ordinem membrorum ipsius, & animationem vite, quâ movetur, ut per se fugiat mortem, amet vitam: appetat voluptates, devitet molestias, &c. Quis dedit aculeum culici, quo sanguinem sugat? quam tenuis fistula est, quâ sorbet? Quis disposuit ista, quis fecit ista? Laudate magnum. Hoc itaque tenete fratres mei, nemo vos de fide excutiat, & de sana doctrina. Qui facit in cælo angelum, ipse fecit in terra vermiculum: sed angelum in cælo pro habitatione cælesti, vermiculum in terrâ, pro habitatione terrestri. Numquid Angelum fecit reperire in cæno & vermiculum in cælo? Distribuit sedibus habitatores, in corruptionem incorruptis sedibus dedit, corruptibilia in locis corruptibilibus. Hactenus Augustinus. Tantum igitur abest, ut propterea divinæ essentiæ aliquid decedat, cum illorum*

illorum naturæ non communicet; non secus ac sol, quamvis lutum & quam plurima fœda loca radiis pertranseat, neq; unquam tamen commaculatur, pari ratione Deus ne hilum quidem impuritatis ac labeculæ ex rerum vilissimarum gubernatione sibi contrahit: consulatur de his *Porisma I. cap. 1. b. d.*

Licet divina Providentia ad omnia atq; singula, quæ uspiam sunt, se extendat, omnia tamen æquali cura non curantur. Porisma I.

§. 13. Homines enim impensius amore prosequitur, vi locorum I. Cor. 9, 9. *Num boves Deo cura sunt?* nimirum respectivè atq; in collatione, cum hominibus, & Matth. 6, 26. *Nonne vos præstantiores illis?* Magis tamen pios æstimat, quàm impios ex c. 1. supr. adduct. & inter illos maximè eos, qui donis aut officiis eminent, sicut exemplis Abrahami Gen. 12, 1. Isaaci Gen. 26, 2. Jacobi Gen. 28, 13. Josephi Gen. 35, 5. Mosis Exod. 2, 5. aliorumq; numero infinitorum commonemur. Adde, quod non leve prærogativæ hujus documentum illi nobis præbeant, qui officii sui partes sæpè satis non expediunt. s. ob crassam ignorantiam, s. ob inveteratam peccandi malitiam. Circa eos enim Deus majori sæpè numero versatur tolerantia, quàm circa illuminatos, Spiritus S. donis condecoratos ex Act. 17, 30. Heb. 6, 4. 5. 6. conf. Matth. 12, 41, 42. seq. Apoc. 2. 3.

Licet omnia dependeant à divinâ providentia, non tamen propterea secundarum causarum actio & effectus exspirat. II.

§. 14. Deus equidem, quippe *μηδενὸς ἐνδεδῆς* illo concursu, aut cooperatione creaturarum opus non habet: interim propterea solitariè non agit. Hoc enim proprium quasi providentiæ divinæ est officium, efficere, quò res creatæ singulæ motum suum exercent, eosdemq; effectus, quos ex viribus à Deo ipsis inditos exercere possint, producant. Unde *Aug. 17. de civ.*

F 3

Dei

Aug. l. 7. de civ Dei c. 20. Sic administrat Deus omnia, quæ creavit, ut etiam ea suos proprios exercere & agere motus sinat. Quod ἐμφατικῶς David exprimit Ps. 119, 91. Ordinatione tuâ res omnes perseverant, usq; in hodiernum diem, quoniam inserviunt Tibi. Et si Deus solitariè ageret, non video, quomodo non æqvè ardere aqua, quam ignis debeat, quæ omnia per se expeditu sunt facilia.

Thef. X.

Causa formalis seu modus providentiæ divinæ est actio Dei præsentis, quâ sine sui mutatione, liberè, sapienter, potenter ac benè creaturas conservat, easque vel earum actiones ac passiones gubernat. Græcis dicitur *διοικησις*.

§. 15. Ratio itaq; formalis actionem complectitur, non consilium, atq; æternum, liberrimum, nec non immutabile Dei decretum aut dispositionem æternam, quâ ab æterno omnes res, simul ac conditæ essent, conservare, regere & ad suos fines dirigere constituit, uti quidem nonnullis Calvinianorum arridet. Cùm enim æterna Dei Providentia non in actu æterno, sed temperali attendatur, quis voluntariam Dei actionem, extrorsùm, secundùm quidem æternam prædefinitionem, tanquam principium, operantem, exinde non colliget? non minùs, quam ex creatione; quantumvis adhuc in hoc ab eâ differat, quòd creationem factam supponat, atq; necessariò ab eâ anticipetur. Modus verò istiusmodi actionis quadruplex est præcipuè. (1.) namq; liberè exercetur, quoniam influxus ille ab alio planè non dependet: Est enim Deus agens liberrimum, omnia liberrimè ad extra perficiens Ps. 115, 4. (2.) Potenter, eâ nimirum potentiâ, quâ si non perpetuò influeret, res ne ad momentum quidem salvæ possent persistere. Est ergo Deus maximus, cuius actio nullâ vi impediri, nullâ lege vinciri, nullâ impotentiâ defatigari potest, secundùm Damasc. l. 2. orth. fid. c. 29, p. 148. (3.) Sapienter: omnia namq; ad

Dam. l. 2. orth.
fid. c. 29. p. 148

ad certos fines ordinat, gloriamq; suam sapienti consilio, nobis non rarò incognito dirigit Ps. 94, 8. & 139, 7. potissimum autè quando ipsam malorum directionem perpendimus, imperscrutabilis omninò in iisdè Dei Sapientia elucet, ut Daniel eandè summâ cum animi gratitudine deprædicet Dan. 2, 20. Deniq; (4.) *Benè*: quia infinitè & perfectissimè bonus est, imò ipsa bonitas: & nullus est bonus, excepto uno, nempe Deo Matt. 19, 17. & *quidem in æternum* Jer. 33, 21. Ps 138, 2.

§. 16. Cùm autem hæc Dei Providentia sit ex eorum numero, quæ entia dicuntur aggregata, atq; plura in conceptu suo contineat formali *Gerh. disp. 17. Isag. c. 1.* quibus velut partibus absolvatur, in *rerum conservationem & gubernationem*, ad quas omnes in ejus providâ curâ obviæ actiones referuntur, dispescitur, *Conservatio* itaq; tanquam prima providentiæ pars, nihil aliud est, quàm actio Dei, quâ creaturarum essentiam & accidentia, qualitates aut quantitates earum, continuo, quamdiu sibi visum, influxu regit ac conservat. Loquitur de eâ Hiob c. 10, 12. *visitatio tua* שְׁמֶרָה רַחֵמִי *conservavit spiritum meum*, i. e. conservavit me in vitâ meâ. Et in N. T. de eâ clarus est locus Col. 1, 17. antea enucleatus; ut ita creaturarum conservationem, quoad directum principalem & continuum influxum nemini, nisi Deo constet attribui. Licet enim in mediata conservatione etiam creaturæ utatur operâ ne utiqvam tamen creatura alteram ex se conservare dicitur: Neq; creatori opus est tibicine, ne cœlum ruat; cùm ejusmodi profanum commentum scriptura omninò jubeat facessere, quando sub allegoriâ fœderis (quod Deus etiam cum brutis animantibus, quin cum cœlo atq; terrâ, terrâq; proventibus, quò, exaudiente Deo hominem, illa se invicem audiant, pangere dicitur) δύναμιν συνεκτακῆν, vim illam coercitivam, quâ universa naturarum particularium compages continetur, penes Deum immediatè esse notet, non alicui spiritui mandatam & attributam Ezech. 34, 25. Hof. 2, 17. Ea propter, quando Psalmographus Ps. 104, 28. 29. 30. de spiritu, quo emisso, res recreari dicuntur, loquitur, ipsius verba,

*Gerh. disp. 17.
Isag. c. 1.*

non

non de creatâ aliquâ totius mundi animâ, cui Deus *δύναμιν*
συνεχτικὴν vim coercitivam, quâ ceu machinâ mediante Deus
omnes ac simplices mundi partes creatas vegetet, seu, ut super-
sint, conservet, indiderit; sed de arcanâ immediatâ inspira-
tione, quâ à Deo omnes ac singulæ creaturæ vegetantur,
intraq; naturæ suæ cancellos, ordinatamq; universi compa-
gem continentur, intelligenda veniunt. Hinc quàm graviter
etiam delinquat, contraq; omnipotentis majestatem impin-
gat Nic. Taurellus nemo non videt, quando scribit: *Non in-*
digere Deo conservatore res naturales, neq; illas, quæ omnis mu-
tationis sunt expertes, ac in eodem statu & rigore à principio usq;
ad mundi finem persistunt v. g. Cælum & terram &c. quâ de re
leg. *Synops. ejusd. Arist. metaph. sub. f. & Triumph. Philos. p.*
252. seqq. Etenim ut errore hoc necessariam Dei cum creatu-
ris confluentiam luxari, Scripturæ testimoniis jugulari non
dicam, disputationis Taurelli *πεῦδος* est hypothesis de
creationis perfectione, quasi illa, terminatione & operationis
ad extra fine, ad modum quietis & cessationis humanæ ab o-
peratione, è quâ productum opus est, finienda sit. Insuper
nullo Schemate potest excusari, quod præter cælum atq; ter-
ram, res quoq; naturales illas, quæ corrumpuntur ac generan-
tur, *Taurellus*, nullâ conservatione divinâ operante egere, exi-
stimet, sed hoc tantum requiri, quò Deus non impediatur, ne
corrumpantur, & sic Deo tantum non impediante illas suis
viribus speciem suam conservare, perrennare: Hisce scriptu-
ra quippe contradicit, asserens, granum quoq; tritici, aut ali-
ud, quodcunq; terræ gremio abscondatur, corrumpi nec non
generari, Deo ipsi dante, prout voluerit corpus suum, 1. Cor.
15, 36. 37. 38. quem locum verba Christi Joh. 12, 24. clarè satis
jubare illustrem reddunt: *Amen Amen dico vobis, nisi granum*
frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet:
si verò mortuum fuerit, in vitam æternam custodit illam. Liqueet
ergo immediatam divinæ omnipotentis operationem, ut; ex
mortuis vivificationem, intercedere, aliàs enim ex hoc emble-
mate frustra quæreret Apostolus *Ἰτισοπισμὸν* illorum, qui
negant

Nic. Taurell.
Synops.
Arist. metaph. s. f.
& Tr. phil. p.
252.

negant futuram omnipotentiae Dei operationem, quae unicuique nostrum restituet mortuum corpus nostrum vivificatum.

§. 17. Altera providentiae divinae pars est gubernatio praesidens statui, passionibus & actionibus creaturarum. Loquitur de hac sapiens in libro suo e. 14. 3. ubi Deus instar Nauticlerii introducit. Habet autem se secundum diversa objecta diversimodè. Etenim ut *Dn. Parentis* legam vestigia, respectu bonorum, sequentes actus ipsi potissimum competunt.

I. *Collocatio hominum in certo statu, populorumque in societates atque conditiones distributio.* Unde Paulus act. 7, 16. Deum praefinire τὰς καιρὸς monet i. e. stata tempora, ut sunt anni, tempestates, ver, aestas; item periodos inferiores, & sic vitae humanae terminum, conjugia, & quae his sunt similia.

II. *Motio Creaturae, seu influxus in eam, quo Deus pro ratione uniuscujusque naturae, ad causandum actum efficaciter movet, v. g. ignem ut urat; ferrum, ut deorsum labendi potentiam exercent, &c.*

III. *Auxilium, quo Deus agendi vires creaturae impertit, actumque ipsum promovet & adjuvat.* Est hoc auxilium duplex vel generale, respiciens partim ad *actiones naturales*, quo subtracto, homo ne digitulum quidem sive pedem movere potest, quemadmodum exemplo Jeroboami, qui extenso brachio jubens vinculis constringi Prophetam, illud retrahere non valebat 1, Reg. 13, 4. Valentis Imperatoris cui exilii sententiam & praescriptionem in Basilium expedituro, manus in ligni duritiam obrigit, partim vero *actiones civiles atque morales*, quoniam enim adhuc in mente hujusmodi vires bonum agendi sunt superstites Rom. 1, 19. & 20. & e. 2, 14. generale Dei auxilium ad easdem actiones obeundas requiri necessum est, (2.) *Speciale* (quod principii potius quam auxilii nomine indigendum est) per quod creatura libera in rebus spiritualibus operatur. Etenim cum liberum hominis arbitrium in actionibus merè spiritualibus non modò vulneratum, sed penitus attritum sit atque perditum, ut ne quidem remota ad bonum

G

verè

verè spirituale superfit potentia 1. Cor. 2, 14. & 2. Cor. 3, 5. 2. Thef. 3, 2. creatura etiam ejusmodi speciali Dei auxilio & cooperane opus habet, quâ adjuta demum opus spiritualiter bonum potest perficere, licet id Pontificiis, Arminianis, Anabaptistis atq; Synergistis haectenus displicuerit.

IV. Accedit concursus atq; influxus Dei in ipsum effectum, sic ut effectus, unâ eademq; totali actione à Deo simul ac creaturâ producat, quæ Deo in agendo subordinetur. Et quamvis hic Dei concursus pro actione liberâ æstimetur, nunquam tamen illum creaturæ rationali & liberæ, quando ejus potentia ac voluntati actum permisit, denegat, aliàs namq; creatura actum exercere non posset. Sicut enim essentia & vis agendi in creaturis à Deo est & conservatur, ita sine eo cooperante & in opus creaturæ coinfluente, creatura operatione prorsus destituitur, ut superiùs ex parte monuimus.

V. Ultimum tandem gubernationis actum dicimus *Ordinationem, atq; directionem actionum bonarum ad certum finem & eventum salutarem*, qui actus providentiæ Dei competit propterea, quia tanquam sapientissimum & optimum agens ad bonum, suiq; gloriam & honorem omnia convertit.

§. 18. Nunc de gubernatione reum malorum, quâ Deus circa malum morale versatur, non quidem creaturam ad illud incitando, neq; in vitiositate auxiliando, multò minùs ad illud, sive actus inordinationem influendo, sed detestando prorsus, sicut jam in progressu ostendemus. Exerit itaq; & ea aliquos circa malum & quidem

I. Circa peccati initium, partim negativos, partim affirmativum. Negativi sunt (1.) Simplex non-volitio & aversio peccati, quâ Deus peccatum improbat, citra resistantiam tamen violentam. Demonstrat hoc ipsius natura peccati, quæ in avorsione s. discrepantiâ à lege Dei consistit: quoniam autem Deus naturâ est sanctissimus, ideò dicere, Deum velle peccatum, non modo apertam contradictionem implicat, dum peccatum peccatum esse negat, sed & virtutis & boni operis nomine id omnibus commendat, cum negare nemo possit bonam esse actionem, quæ Deus vult, & interno beneplacito, quò

quò fiat, desiderat, Hinc Gen, 1, 31. dicitur, Deum creatione ab-
 solutâ opera sua contemplatum fuisse, eaq; tam bona fuisse, ut
 & ipsum Deum delectârint: Nam vox hebræa צוּן, quæ ibi
 est, non tantùm bonum, verùm etiam Pulchrum, jucundum,
 quod oculos videntis, vel mentem contemplantis jucundè
 afficit, designat: post lapsum verò, cùm Deus ad eadem illa
 opera, quæ à se bona creata erant, ante diluvium respexisset,
 eaq; in pejus mutata deprehendisset: וַיִּתְעַבֵּב אֱלֹהִים לְבוֹ
 & dolore tactus est in corde suo, h. e. propter malitiam & cor-
 ruptionem illam valdè commotus est, doluitq; in corde suo
 Gen. 6, 5. & 6. Et quid multis? Scriptura expressè negat, per-
 negat Deum velle peccata Ps. 5, 5. : כִּי לֹא יֵלֵךְ אֱלֹהִים בְּרָשָׁע
 Deus non volens iniquitatem &c. Ex quo non voluntas & nol-
 le Dei negativum simplex, quoad actum peccaminosum com-
 modissimè infertur. Verbum enim וַיִּתְעַבֵּב h. l. non tantùm
 significat, delectatus est, ut somniat Piscator p. 187. cum ple-
 risq; Calvinianorum, sed simpliciter voluit. Evidens enim est
 i. ex scripturarum collatione, ubi verbum וַיִּתְעַבֵּב Deo assignatum,
 ejus benevolum affectum simul connotat, unde cum Hof 6, 6.
 dicitur וַיִּתְעַבֵּב יְהוָה בְּבִנְיָמִן benignitate delatatus sum, ut Junius red-
 didit, illud in loco parallelo N. T. per θελω effertur Matt. 9, 13.
 sicut & Numer. 14, 8. cum 1. Cor. 10, 5. cont. 1. Reg. 2, 26. 2. ex
 contextus connexione, quæ Deum simpliciter von-volentem
 peccata & iniquitatem urget. Hinc LXX Interp. simpliciter
 vertunt: εχι θεος θελων ανομιαν ου ει. Et 3. probati Ebræi ra-
 dicem וַיִּתְעַבֵּב non tantùm per delectari, sed & velle exponunt,
 uti ex Schindlero, Avenario, Buxtorf. satis abundèq; videre est:
 Et Pagninus in lex. ait וַיִּתְעַבֵּב in Kal est velle, complacere, aut vo-
 luntatem & complacentiã habere. Quæ cum ita sint, non potest
 non hoc verbum וַיִּתְעַבֵּב nolle Dei negativum simplex importa-
 re: de cœtero, cum ex scriptura contrarium peti contingat,
 & scriptura sibi non contradicat, recurrendum est ad Theolo-
 gorũ canonẽ & regulã: Quando indefinita significatio litera veb

Pisc. p. 187.

Pagnin. in lex.

in articulum aliquem fidei, vel in alios manifestiores textus impingit,
Chemn. l. 1. de discedendum est à litera ad phrasas, vel ad figuras, ut traditur ual
caus. pec. p. 366 *ἀναλογίαν fidei Chemn. loc. 1. de caus. peccati p. 366. sic e.g. cum*
 1. Sam. 2, 25. legimus: *Noluerunt audire vocem patris sui* כִּי הָמָּן
 יְהוָה לְהַמִּיתָם *quia Jehova volebat occidere eos, recurren-*
 dum vel est ad conjunctionem כִּי quæ commodè per *Propterea*
 exprimi potest hoc sensu: *Filii Dei noluerunt audire vocem Patris*
fui, propterea volebat JEHOVA eos occidere, sicut exempla
hujus usurpationis particulæ כִּי possunt legi Gen. 22, 16. 17. Ps.
116, 10. quam significationem ipse quoq; Buxtorf. in lex. agno-
scit, uti & Vorstius, Alstedius, Amama citante in Gram. Ebr.
p. 228. vel ad ipsam voluntatem Dei, quæ hoc loco sit judiciale,
quod Deus, quia tandem horrenda filiorum Eli flagitia
animadvertere voluerit, ipsos prius gratiam suam deseruerit, &
sic in impietate suâ quasi obbrutescere permiserit, ut Parentis
voci minus auscultarent. Eadem occurrunt in dicto 2. Sam.
11, 11. de Absolonis incestu.

Buxtor in lex.
Amam. Gram
Ebr. p. 228.

II. *Mali per certa præcepta prohibitio.* Nam tota Dei
 lex nihil aliud est, quàm peccatorum prohibitio, ubi Deus,
 quæ justa & injusta sunt, nobis aperit, hæc interminando, illa
 præcipiendo. Prohibuit verò Deus peccatum in statu inte-
 gritatis ante lapsum. Etenim ut cum *B. Gerardo tom. 2. art.*
de peccato orig. §. 15. loquar, antequam laberentur, ut possent
non-labi perfectam facultatem, & ut possent nolle labi, inte-
gram voluntatem Deus hominibus dederat, ac ne laberentur,
severissimam mortis comminationem addiderat. Deinde
post lapsum quoq; prohibuit Deus malum, in ipso statu cor-
ruptionis, quando legis notitiam ad ulteriorem voluntatis
Dei inquisitionem excitandam in animo hominis adhuc reli-
quit Rom. 1, 19. & 20. & c. 2, 14. 15. hominum peccata gravissi-
mis poenis notavit, per patriarcharum conciones identidem
repetiit, donec tandem literarum adminiculo usus, scribi mæn-
data per Mosen voluit, & per Prophetarum necnon Apostolo-
rum scripta illustrari concessit.

B. Gerb. tom. 2.
art. de pec. or.

III. *Pec.*

III. *Peccati exhibitio*, quando Deus peccatum fieri non
finit, sed potentiae creaturae rationalis majorem potentiam vel
opponit, aut ne actum peccaminosum producat, fleētit, qua-
tuor potissimum modis; *partim ipsam peccatoris vitam atq;
essentiam auferendo*, quomodo pharaonem impediēbat, ne
Israēlitas occuparet Exod. 14. vel Assyrios, ne Hierosolymam
expugnarent, dum centum & octoginta millia virorum per
angelum una nocte interficeret 1. Reg. 19. *partim potentiam
creaturae minuendo*, quod Jeroboamo contingebat, cui Deus
manum arefaciebat, ne Prophetam apprehenderet 1. Reg. 13.
partim potentiam majorem aut aequalem opponendo, sicuti Lothi
in captivitatem abductionem per Abrahamum regibus occur-
rentem impediēbat Gen. 14. *partim objectum planē abripiendo*,
ut Judæis, ne Christum lapidarent, contingebat Joh. 8. dicitur
aliās impeditio *peccati efficax seu physica*, in quā Deus poten-
tiā & actione tantā utitur, ut creatura resistere planē nequeat.

Sequitur nunc *Actus Affirmativus*, nempe *Permissio*, quā
Deus peccatum physice i. e. irresistibili & omnipotente actione
non impedit, sed fieri largitur, ita tamen, ut illud neq; svadeat,
neq; approbet, sed postea ad bonum finem dirigat; Exprimi-
tur hic actus in Ps. 81. 13. *Dimisit eos secundum desideria cordium
eorum*, cum quo conf. Act. 14. 15. Cum verò permissio Dei du-
plex sit, *alia juris & obligationis*, quæ dicitur remissio: *alia facti*;
illā Deus peccatum fieri nunq; permittit: nunquam enim
remittit de obligatione obediendi, sed peccato impedimen-
tum posuit per legem; hāc verè factum lege quidem vetitum,
contra legem fieri tamen permittit; estq; *non coacta vel invita*,
sed *libera & voluntaria* permissio, quæ ex nullā impotentia
humano more, sed ex imperscrutabili sapientiae, justitiae, bo-
nitatisq; divinae temperamento, quo ex malis quoq; optima
novit elicere, pro manat. Neq; hāc permissio puram ac simpli-
cem voluntatem praesupponit; aliud enim est velle peccatum,
aliud verò velle permissionem peccati, sicut *Dn. D. Chemnitius*
part. 1. exam. conc. Trid. p. 209. expresse distingvit: potest quis
rem vitiosam sub ratione boni & salubris eventus concedere,

*Chemn. part. 1.
exam. conc. Trid.
p. 209.*

G 3

quod

Lobech. disp. 21 quod tamen non vult. Hinc cum *D. Lobech. disp. 21. in August.*
in Aug. conf. p. *Conf p. 513.* R. in permissione esse aliquid *εἰς τὸ καὶ* & simul *ἀντι-*
513. *σῆς*. Non enim simpliciter invito Deo homines peccata com-
mittunt, *ἀτοπὸν* namq; *καὶ ἀδύνατον* est, simpliciter invito
Deo quicquam fieri, neq; tamen simpliciter etiam volente
Deo peccatis se immergunt, quia averfatur ea Ps. 55. Permissio
itaq; & voluntas ut *D. Hun. vere sentit loco de prov. p. 722.* ad di-
Hun. loc. de pr. versa tendunt objecta. Nam permissio fertur ad id, quod ma-
p. 722. lum Deiq; naturæ & voluntati inimicum est, voluntas verò
non ad ipsum per se peccatum (hoc enim nullâ prorsus vo-
luntate vult) sed ad fines ejus utiles, naturæq; Dei congruen-
tes, quos Deus pro sapientiæ suæ virtute etiam ex malo novit
educere, & in mediâ rerum confusione quendam ordinem in-
venire. Ut tenacius in hæreat, & mens facilius ad ejusdem
comprehensionem pervenire queat, simili rem illustrabo: sci-
licet homo, membrorum laborans vitio, volens permittit
quidem membri alicujus à corpore amputationem, sed pro-
pter bonum finem, nempe totius corporis sanitatem, aliàs
membra sectionem vix ac ne vix quidem concessurus esset. Si
hic proprium voluntatis objectum indagetur, in quod tendat,
respondendum certè, illam propriè non in malum aut mem-
bri abscissionem ferri, sed potius in bonum, & corporis sani-
tatem: illud malum enim propriè & per se (quis enim per se
membra alicujus, puta, manus, sectionem pøsceret) non vult,
sed permittit saltem. Voluntatis namq; propriè est appetitus
quidem, quem Philosophi intellectum propterea nominant,
quod appetat id, quod intellectus judicat esse bonum, quo-
modo appetitum sensitivum dicunt illum, qui appetit hoc,
quod sensus judicat esse bonum. Proinde voluntatem, appe-
titumq; non esse mali, quod cognitum declinat, & averfatur,
sed tantum boni alicujus, sive revera bonum, sive bonum ap-
parens tantummodò, desiderium, inclarescit. Pari ratione
Deus malum culpæ, quod est ipsum peccatum permittit qui-
dem, & tamen illud propriè non vult sed omne voluntarium,
quod permissio conjunctum habet, ad bonum finem, ad quem
pec-

pec-

peccatum à Deo dirigitur, refertur. Quodverò Deus peccata permittit, fit *partim* libera ab homine requisitionis ergò; si namq; Deus omnia peccata de facto impediret, peccati equidem leqveretur non admissio, citra tamen ullam creaturæ rationalis laudem & virtutem, quippe quæ voluisset non omittere peccata, ob hanc voluntatis suæ non impeditionem, *partim* insignis perfectionis divinæ demonstrationis ergò, quæ tanta est, quâ malis quoq; remederi novit, & in iis suam vel bonitatem vel justitiam ostendere: Id quod *Spinaeus lib. de prov.* multis declarat, *vid. Dn. D. Luth. sup. c. 20. Gen. Savanarola super Ps. 31. & c.*

*Spin. l. de pr.
D. Luth. super
c. 20. Gen.
Savan. super
Ps. 31.*

§. 11. Circa medium & Progressum peccati divina gubernatio duos exserit actus affirmativos

*I. Mali determinationem, quæ divinæ Providentiæ est actio, quæ Deus permissioni suæ modum, peccatoq; metam figit, ne pro creaturæ arbitrio grassetur liberius; cum enim non sine curâ peccata Deus fieri permittat, neq; id permissionis in aliquâ causatione locum sibi venditet, in determinatione utique quæ certi peccati furoribus ponuntur limites, cernetur. Est verò hæc duplex: Una tempus peccati circumscribit, & decurtat, ne vel citius, vel ultra, quam Deo visum, eveniat, aut perduret; quemadmodum Judæi vitæ Christi insidiantes non poterant eum tollere, quia nondum venerat *ἡ ὥρα αὐτῶν* Joh. 7. 30. cum autem tempus à Patre permissum appropinquasset, Christus hanc sententiam, si non verborum, tamen *ἐμφασιων* pondere gravissimam protulit Luc. 22. 53. *αὐτῆ ὥρᾳ ἐστὶν ἡ ὥρα* (tempus illud, quo vobis in me potestas conceditur) unde Christus ipse non forte fortuna, aut cæco Judæorum furore abreptus, sed *ἠελισμένη βελῆ καὶ προγνώστ* dicitur traditus Act. 2. 23. Deus namq; Judæ avaritiam, Phariseorumq; malitiam optimè habuit præcognitam, eamq; pro *πολυποικίλα σοφίας* (Eph. 3. 10) consilio permittere decrevit, ita tamen, ut illi passioni certum initium, medium ac finem, metamq; tantæ, quæ *τὸν ἀνεξίχνιασον πλῆστον ἔχεις* veheret (Eph. 3. 8.) exoptatam præscriperit. Altera verò est, quæ peccatorum*

grar

gradibus terminum ponit, quando juxta authoris intentionem scelera nec excrefcere, nec corroborari finit Jer. 30. 23. Job 5. 12. Pf. 37. 32. Prov. 16. 9. sic Ef. 37. ad Senacharibum extrema Ezechiae, ubiq; Jerufalem interminantem, Deus inquit: *Quum fureres adversum me, superbia tua ascendit in aures meas: Ponam ergo circulum in naribus tuis & frenum in labiis tuis, & reducam Te in viam, per quam venisti.* Et Matth 23. 32. Scribae & Pharisaei peccando mensuram implere dicuntur. Id quod eò diligentius notemus, quò plus solatii in tentationis aestu adspersit. Hinc Apostolus Paulus piorum *περασμὸν ὅτι εἰ μὴ αὐτοῦ πειρασμὸν*, h. e. *per brevem, inconstantem, & ab omnibus facile sustinendum*, appellat, cui *πιστὸν τὸν Θεὸν*, seu, Dei fidelitatem opponit, qui non finit eos tentari *ὑπὲρ ὃ δύνανται* (super illud, quod sustinere possunt) sed faciet *σὺ τῷ πειρασμῷ* (cum hac ipse tentatione) quæ tamen humana saltem *ἡγῆτι μὲ ἐκβασιῶν*, (etiam hunc egressum) ut illi *ὑπὲρ ἐνεγκῆν* (seu sufferre) possint.

II. *Mali directionem*, quæ est actio providentiæ divinæ, quæ peccatum sapientissimè, quò & quomodò vult, dirigit, ac ab eo, quò peccator contendebat, abducit. Est hæc rursus duplex: *Una ratione objecti*, quando non pro arbitrato peccantis malum in quodvis objectum ferri patitur, sed permittit Diabolo, ut in aliud & à peccante, hinc & nunc non directe aut præcisè petitum, eum detrudat. Vel quando malum culpæ convertit in malum pœnæ, respectu peccantis. Quomodo impiorum spicula & Sagittas à pio avertit, & in corda emittensium convertit, Pf. 37. 14, 15. e. g. cum Saul innocentem Davidem lanceâ emissâ interfectorus esset, subjectum à Saule intentum Deus amovet, quò feriat parietem I Sam. 19. 10. *Altera est ratione finis*, quando Deus peccatum, quod permittit, non cuiusvis fini, quem creatura intendit, servire patitur, sed in finem, quem ipse vult, convertit; novit enim ex tenebris & noxâ peccati, lucem gloriæ suæ, suarumq; creaturarum emolumentum elicere. Cujus rei evidentissimum exemplum in *Josephi venditione*, seu divinæ providentiæ theatro spectare licet. Fratres namq;

namq; Joseph non ad illum eventum ac finem salutarem col-
lineabant, sed *malum adversus ipsum cogitabant* Gen. 50. 20.
Unde Josephus negat, se ab ipsis missum esse, Gen. 45, 8. Ve-
rùm enimverò אלהים חשבה לטובה Deus ille, qv, justum
exercet iudicium (ita namq; vocabulum אלהים de iudicijs
legitur Ps. 82. 1.) *cogitabat hoc ipsum in bonum*, למעו עשה
היה ביום הלה ut faceret secundum diem hanc, h. e. cum eventum,
(qvi tum temporis Josepho obtigerat) præstaret Gen. 50, 20.
Josephum ipsum eveheret & poneret לפרעת in Patrem
Pharaonis (qvi omnia ex benevolentâ dirigeret) נלארון
& Dominum totius domus sue (qvi instar basis sub-
sisteret): ארץ מצרים : ומשל נכל- ארץ מצרים :
Ægypti; Jacobum verò cum totâ familiâ mirandum in
modum conservaret. Hinc Joseph in hæc erumpit verba
c. 45, 5. : למחיה שלחני אלהים לפניכם :
quoniam in con-
servationem misit me Deus ante vos. Et paulò post וישלחני
אלהים לפניכם לשום לכם שארית בארץ ולהחיות לכם
לפליטה גדולה :

*Misit igitur Deus me ante vos ut ponerem vobis reliquias in ter-
ra, & ut vitam vestram servarem in magnam salvationem. Idcir-
cò respectu hujus boni finis, non erat Josephus fratrum con-
silio, sed solius Dei voluntate in Ægyptum missus. Ut
ὁ Φαλαμο Φαερωσ* appareat, Deum quoq; actionibus malis
creaturarum salvâ suâ justitiâ uti, qvia videlicet peccantium
Dominus est, ac creatura agendi potentiam ab ipso tanquam
ferra, à manu creatoris, intentioni primi agentis, quoad actio-
nem malam, quatenus actio est, per omnia subjecta obtinet:
Ita quoq; τὸ ποιῆσαι Judæorum & gentium Deus mundi saluti
atq; commode attemperabat.

§. 12. III. Tandem circa Finem & consummationem
peccati, postquam illud perpetratum est, iterum duplex guber-
nationis occurrat actus.

H

L. In

I. In impiis punitio gravissimaq; vindicatio, quæ est actio Dei quæ peccantibus pœnas infligit, eosq; malis premit, quæ ex justitia iisdem, in laudem justitiæ, hominumq; cautelam debentur, estq; vel futuri vel presentis seculi. Ita est totius hominis à gratiosâ Dei operatione separatio, iræq; atq; vindictæ divinæ & permissio. Hæc vel est corporalis, tangens corpus, quarum longum Moses recenset catalogum c. 26. Lev. & 28. Deut. vel spiritualis, animam spectans, eaq; rursus partim gratiæ privatio, utpote excecatio, cordisq; obduratio, quando Deus hominem ob antegressam malitiâ deserit, & ipsum magis magisq; indurare finit, quomodo verba *Hiphilica* non raro de Deo usurpantur, quæ tamen à nostratibus Theologis, Chemnitio in art. de causâ peccati, Huttero de prov. Rungio in com. super Exod. c. 4. p. 161. seqq & aliis, ritè de permissione vertuntur, & explicantur: partim traditio in malum, quando Deus hominem delinquentem tandem tradit aut suismet desideriiis i. e. in reprobam mentem Rom. 1, 28, παρέδωκεν αὐτὸς ὁ Θεὸς εἰς ἀδόκιμον ἔθνος, ποιῆσαι τὰ μὴ καθήκοντα; efficaciam erroris. 2. Thes. 2, 11. πέμψαι αὐτοῖς ὁ Θεὸς ἐνεργῆσαι πλάγησ, aut tandem ipsi Satane 1. Reg. 22, 23. quæ punitio fit justo Dei iudicio, ob hominis contumaciam & resistantiam ad bonum, uti videre est exemplo filiorum Eli, Saulis, Jude &c. Imprimis autem in Pharaonis decantatâ duritie inclarescit, cum enim cor ipsius induruisse Exod. 7, 22. ipseq; grave fecisset c. 8, 15. & quidem post quartam plagam etiam (unde in fontibus additur: וַיִּכְבֶּר פָּרְעֹה אֶת-לְבוֹ גַם בַּסַּעַם i. e. & aggravavit Pharo etiam hæc vice cor suum c. 8, 31.) tunc post sextam Deus primâ vice Pharaonem indurare dicitur, & de eo verbum *Pielicum* יִחַדֵּם adhibetur, quod hætenus erat יִחַדֵּם i. e. induruit v. 22. Nam & in c. 4, 2. & c. 7, 3. indurationis divinæ injicitur mentio, quæ tamen omnia ratione divinæ præscientiæ dicta videntur: inde forsan non incommodè germanicè redderetur per werde h. m. Ich werde sein Herz verstopfen. Post hæc autem Deus cor Pharaonis indurasse dicitur, quando ejusmodi ho-

Chemn. art. de
causâ pecc.
Hutt. de pr.
Rung. com. sup.
Ex. c. 4. p. 161

di hominem voluntate consequente & punitoria deseruit, & propriae malitiae atq; Satanæ fraudulentiae reliquit, quâ sibi exitium acceleravit instimulatus.

II. In *pœnitentibus peccati Remissio*, quâ de in art. de iustif. propriè & ex professo agitur.

Verum adverstatur cœlesti huic veritati Antith.
Calviniana hæresis, nobis per omnia contradicens

§. 13. Non perstringemus antiquorum hæreticorum errores, tempore propriâq; absurditate tandem oblitos, ut ex *Chemnitio loc. Theol. de caus. pecc. p. 354 patet*: Cum Calvinianis nobis agendum erit, qui hætenus novis, absolis & planè horrendis hæc de re sententiis & phrasibus tristi certamini & deplorandæ discordiæ infelicem præbuerunt occasionem, & etiamnum periculosis arreptis phrasibus vel in securas impiasq; vel in desperabundas ac tristes abripiuntur cogitationes, ut verè fiant vel Stoici vel Epicuræi. Sine dubio hoc ipsum non parum movit *Arminium*; ut tandem eorum dogmatum impietatem, religionis fundamentum evertentium, reformatam Ecclesiam aliis exosam reddentium olfaciens, prodiret, illisq; in faciem publicè contradiceret. Digna hæc de re sunt lectu, quæ in ipsius, ad *Hollandia ordines declaratione* extant, p. 112. seqq. in opere *Arminii*. Inficiantur hoc eadem Calviniani, ac sibi id falso per calumnias attribui, valdè conqveruntur, uti legimus in *Irenico Par. p. 248 249.* atq; hinc à confessione simplici quàm maximè sibi temperant, & verbis negant, quod mente gestant conceptum. Verè autem hos asserere, quod videri nolunt, hætenus à pluribus ad oculum ex professo fuit demonstratum. vid. *Hun. tom. 1. op. p. 700. de prov. & in fundamento dissens. §. 609. seqq. Hutterus de unione Evangelic. c. 28. art. 2. & 3. Meisn. in antbrop. dec. 1. disp. 4. qu. 2. Graue- rus in absurd. Calvin, c. 5. Wellerus disp. 14. in 1. part. anat. Masson. Meisneri erste und andere Calvinische proba &c.*

Chemnit. loc. Theol. de caus. p. p. 354.

Arm. decl. ad ord. Holland. p. 112.

Par. in Iren. p. 248. 249.

Hun tom. 1. op. p. 700. de pr. & in fund. dis. op. § 609. seq. Hut. de unione Eb. c. 28 art. 2.

§ 3. Meisn. in
anthr. uec. 1.
disp. 4. q. 2.
Grauer. in
abs. calv. c. 5.
V. Veller. disp.
14. m. 1. p. anat
Mason. Meisn.

§. 14. Nos ne occultatum hoc blasphemiae & impie-
tatis virus simpliciorum obfuscet animos, certis saltem limi-
tibus ex hypothesibus eorundem primariis, errorem de hac
materia capitalem ipsis, quantum fieri potest, detegemus; &
cum verbis atq; conceptibus nonnunquam differant, sparsim
collecta ac quasi in unum redacta aliquibus aphorismis pro-
ducemus: Statuunt itaq; I. Deum velle peccatum & malum
culpa, sed propter fines, ad quos homines absoluto nec non
immutabili decreto ante ullius culpae praevisionem sunt
destinati.

Calv. 1. inst. c.
18. s. 8. & s. 4.
Bez. in resp. ad
a. coll. Mont. p.
155. & 164.

Calv. 1. 1. inst. c. 18. sect. 3. Deus quia bene vult, per malas vo-
luntates malorum hominum adimplet, & paulo post sect. 4. Hoc
quidem tenendum est, & c. Beza in resp. ad acta colloq. Montisb.
p. 155. & 164. decretum Dei de faciendis ex eadem massa vasis,
aliis in honorem, aliis in contumeliam, antecedit omnem praevi-
sionem culpa, & omnem omnino causam: sed quia non poterat
Deus exsequutioni huius decreti viam aperire, nisi homo peccaret,
ideo ordinavit lapsum Adami, ut haberet, quorum miseretur,

Et vol. 1. op. Th
cont. Cast. p.
147. Pise. in
praf. ad lect. d.
praf. cont. Sc.

& quos iuste puniret. Idem vol. 1. op. Theol. const. Cast. p. 417.
Piscat. in praf. ad lect. de prad. contra Scaffman: Summa Dei
sapientia elucet in hoc, quod cum sibi proposuisset, gloriam tum
misericordiae, tum iustitiae suae in hominibus tractandis creaturis
rationalibus patefacere, condidit in uno omnes ad imaginem suam
i. e. sapientes ac bonos, sed mutabiliter tales, quodq; decreverit
permittere ac permisit ut à Diabolo seducerentur, & transgressione
mandati divini reatum mortis aeternae contraherent, atq; insuper
naturam suam fœdè corrumperent, ita ut jam à natura non pec-
care non possint. Sed cur haec omnia sic egit? ideo nimirum, ut
occasionem haberet perveniendi ad fines sibi propositos, eligendi
sc. ex lapsis & corruptis aliquos, quos ex misericordia per Chri-
stum mediatorem servaret; reliquos verò in miseria, quam sibi
suâ culpâ attraxerant, relinqvendo, & propter peccata iuste da-
mnando. Hæc Piscator, qui idem eod. lib. th. 27. p. 26. addit
conf. Szeged. in locis de reprobis p. 123, Gryneus in th. claus. 3.
n. 23. Gryn. th. 2. 3. p. 93.
J. 2. loc. 5. th. 2.
p. 93.

id. eod. lib. th.
27 p. 26. Szeg.
in loc. de rep. p.
n. 23. Gryn. th. 2. 3. p. 93.
J. 2. loc. 5. th. 2.
p. 93.

II. Deum

II. Deum non solum velle illa peccata, quæ ex primo orta sunt, sed etiam omnium primum nempe lapsum Adami.

Calv. l. 3. instit. c. 23. sect. 7. Disertis verbis hoc extare negant, decretum fuisse a Deo, ut defectione periret Adam. Quasi vero idem ille Deus, quem scriptura predicat facere, quæcunq; vult, ambiguo sine condiderit, nobilissimam ex suis creaturis. Zanch. de nat. Dei lib. 5. c. 2. p. 736. quærit hunc in modum: Annon voluit deinde Adamum peccare, & nos omnes cum illo in hanc corruptionem decidere, quæ sit, ut non possimus non peccare, nisi nos ille juvet sua gratia? respondet, voluit. G. Perkinsus de præd. modo & ordine p. 62. Dices, Adamum non potuisse resistere voluntati i. e. decreto Dei. Sed sicut non potuit, ita etiam noluit. Vide etiam Rennech. in aurea salutis catena p. 30. Martyrem in c. 9. ad Rom. p. 442. Bezam in resp. ad acta colloq. Montisb. p. 155. & alios quàm plurimos.

III. Deum non simpliciter & nudè peccata hominum permittere, sed etiam volenter, ita ut, quæ peccata permittat, velle dicatur.

Calv. l. 3. instit. c. 23. sect. 8. Hic ad distinctionem voluntatis & permissionis recurritur secundum quam obtinere volunt, permittente modo, non v. volente Deo, perire impios, sed cur permittere dicemus, nisi ita vult? quæquam nec ipsum quidem per se probabile est, Dei sola permissione, nulla ordinatione hominem sibi accersere interitum. Mart. in c. 1. ad Rom. p. 40. quod ajunt de permissione libenter interrogarem utrum Deus volens permittat an nolens? si dixeris nolens, sequetur Deum invitum & coactum permittere: si volens id dicitur facere, quia omnia, quæcunq; voluit, fecit, non potest evitari, quin Dei voluntas aliquo modo ad peccatum producendum concurrat. H. Sturm. de præd. lib. 16. p. 103. ait, permissionem esse voluntatis speciem, vide Perkins. de præd. mod. & ord. p. 53. Zanch. de nat. Dei lib. 3. c. 4. p. 350.

IV. Deum non tantum concurrere ad peccata universalis motione, sed quoq; tali efficaciam, ut partim ad illa excitet, impellat atq; cogat homines, partim occasiones suppeditet, ac molliter flectendo inclinet.

H3

Calv.

Calv. l. 3. inst. c. 23. f. 8.

Mart. in c. 1. ad Rom. p. 40.

H. St. de præd. lib. 16. p. 103.

Per de præd. m. & o. p. 53.

Zanch. de nat. D. l. 3. c. 4. p. 350.

Calv. l. 2. inst.
c. 4. sect. 3.

sect. 4.

Pisc. in pref. l.
de prad. contr.
Scaffm. p. 7.
Zanch. l. 1. de
n. D. c. 2. p. 714.

Zbvingl. de pr.
e. 6. & tom 1. op
fol. 364. & 365.
Bucer. sup. c. 1.
Epist. ad Rom.
Hyp. l. 1. p. 259.
Ursin. in comp.
cat. p. 70.

Calv. l. 3. inst.
c. 23. sect. 6.

Idem l. 2. inst.
c. 4. s. 1. Mart.
in c. 9. Rom. p.
451. & p. 425.

Calv. l. 2. inst. c. 4. sect. 3. sapientissime excutere dicitur Deus
& indurare reprobos, eorum corda vertere, inclinare, impellere,
ut alibi fusiùs docui, id quale sit, nequaquam explicatur, si confu-
gitur ad præscientiam atq; permissionem & sect. 4. induravit
(Pharaonem non emolliendo? id quidem verum est, sed plus ali-
quid fecit, quod obstinatione peccus ejus obfirmandum Sarans
mandavit. Piscator in pref. lib. de prædest. contra Scaffm. p. 7.
ex 2. Sam. 12, 11. demonstrare nititur Deum ad eadem peccata,
quæ verbo prohibet, occultè impellere. Zanch l. 1. de nat. Dei
c. 2. p. 714. quid egit Deus in Pharaonem? excitavit illum, ut es-
set, h. e. formavit, & nasci fecit in mundum: illum excitavit ad
regnum, ut esset Rex Egypti: excitavit ad indurationem sui
cordis, ut resisteret Moysi, & non dimitteret populum: excitavit
item, ut cum exercitu prosequeretur populum, & sese cum exerci-
tu conjiceret in alveum maris, siccum per quem transiret popu-
lus: Deniq; excitavit ad omnia illa agenda, quæ egit mala. Et
vox: In quem verò finem Deus excitavit, hoc est, creavit hunc
hominem ad omnia mala, & ita induravit, ut fieret apertus Dei
hostis, conf. Zwinglium de prov. c. 6. & tom 1. op. fol. 364. & 365.
Bucerum supra c. 1. Epist. ad Rom. Hyperium l. 1. p. 259. Ursinum in
comp. catech. p. 70.

V. Deum peccata quæ vult, & ad quæ homines excitat,
imò ad quæ non tantùm universali actione, sed etiam speciali
efficaciâ concurrat, præscivisse futura, quia illa ut necessariò
fierent, ab æterno decreverit.

Calv. l. 3. instit. c. 23. sect. 6. decretum quidem horribile fateor
inficiari tamen nemo poterit, quin præsciverit Deus, quem exitum
esset habiturus homo. ansequam ipsum conderet, & ideo præscive-
rit, quia decreto suo sic ordinavit, idem l. 2. instit. c. 4. sect. 1. conf.
P. Mart. in c. 9. Rom. p. 451. & p. 424. inter Dei notitiam &
præscientiam ita distinguit: ut notitia non tantum porriga-
tur ad præsentia, præterita & futura, sed etiam ad ea, quæ
nunquam futura sunt, sive possibilea ea sint, sive impossibilea;
præscientia verò non nisi eorum sit, quæ futura sint, & pro-
pterea, ait, præscientiam requirere voluntatem, quæ precedat,

cum

cum nihil futurum, nisi id Deus esse velit; plura de hoc lege ap. Zanch. lib. 3. de nat. Deic. 2. p. 287. Bucerum in c. 1. Rom. ubi ait, nos in utero materno cum perversitatis ingenii & peccandi necessitate conditos esse.

Zanch. l. 3. de n. D. c. 2. p. 287.
Buc. in c. 1. Rō.

VI. Peccata quidem à satanâ & corruptâ hominis naturâ originem trahere, at tamen, non ut à principio primo, quod Dei voluntatem ejusq; decretum immutabile statuunt, impiis verò hominibus atq; satanâ tanquam instrumentis uti.

Calv. l. 1. instit. c. 18. sect. 1. quicquid agitant homines, vel satan ipse, Deus tamē clavū tenet, ut ad exequenda sua judicia convertat eorum conatus, vid. Mart. in Jud. c. 3. & in c. 16. lib. 2. Sam. n. 27. consule quoq; thes. orthodoxæ fidei, qui p. 57. docet, Deum non tantum agere mala permissivè, sed etiam vi actuosâ & effectrici, Zanch. in miscell. p. 146. & l. 3. de nat. deic. 2. p. 346.

Calv. l. 1. inst. c. 18. sect. 1.
Mart. in Jud. c. 3. & c. 16. l. 2.
Sam. n. 27. & th. ort. fid p. 57.
Z. miscel. p. 146
& l. 3. de n. D. c. 2. p. 346.

VII. Peccatores quando peccant semper quidem voluntati Dei arcana obtemperare, propterea tamen voluntatem Dei facere propriè non dici, cum delinquant contra voluntatem revelatam, quâ Deus, quæ nos facere & præstare desiderat, imperat & jubet.

Calv. l. 1. instit. sect. 3. Ubi non capimus, quomodo fieri velit Deus, quod facere vetat, veniat nobis in memoriam nostra imbecillitas. Szeged. in loc. p. 23. Voluntatem Dei faciunt sacerdotes, Judas, Pilatus, cum Christum crucifigerent, verum inscii, nec ex proposito faciendi Dei voluntatem, sed longè aliud agentes: qui enim voluntatem Dei facere velit, non modò sciens id faciat, sed & proposito faciendi voluntatem Dei & constanter, ne postea mutatus longè diversa agat. Zanch. l. 3. de nat. Deic. 4. p. 396. Ubi legimus per impios fieri & impleri voluntatem Dei, de arcanâ tantum loca illa intelligenda sunt, neq; enim impii implent aut faciunt voluntatem Dei revelatam, sed contra hanc perpetuò pugnant, conf. H. Sturm. de præd. th. 2. p. 39. & c. Quibus omnibus blandè quoq; assentiuntur Theologi Belgici, sicuti in Synodo Dortrechtanâ D. Gomarus, unus è præcipuis Doctoribus reformatis multis publicè fuit factus: videantur acta Synodi sess. 107. Nolumus tamen totum coetum Reformatorum, ut se vocant,

Calv. l. 1. inst. f. 3.
Szeg. in l. p. 23.

Zanch. l. 3. de n. D. c. 4. p. 396.

H. Sturm. de præd. th. 2. p. 39.

Acta Synod. Sess. 107.

accu-

Synod. Dor-
trech. sess. 136.
c. 1. de præd.
art. 5. art. 7.
art. 7.

Conf. Gallic. in
Harm. conf. fid.
p. 77.

Par. in anal.
log. catech. Hei-
delb. p. 17.

Pisc. in e. 2. Rō.
Bez. in colloq.
Montisb.

accusare; experimur namq; quosdam satis commodè inter-
dum loqui. Sic rectè fateretur *Synodus Dortrechtana sess. 136. c. 1.*
de præd. art. 5. Incredulitatis ut & omnium aliorum peccato-
rum causam sive culpam neutiquam in Deo esse, sed in homi-
ne *art. 7.* Genus humanum ex primævâ integritate in pecca-
tum & exitium suâ culpâ esse prolapsum. *Confessio Gallica in*
Harm. conf. fid. p. 77. credimus hominem creatum purum & in-
tegrum & imagini Dei conformem suâ ipsius culpa excidisse gra-
tiâ, quam acceperat, sic vid. Pareum in analysi Logic. catech. Hei-
delb. p. 17. & talia in scriptis Calvinianorum plura occurrunt,
quæ non improbamus sed potius ut conformia amplectimur,
in quantum conformia sunt & manent, nec sinistra interpre-
tationis fulcimentum substernatur, nihil magis optantes,
quàm ut nunquam alia vox ipsis excidisset, aut adhuc excidat,
utq; omnes idem sed & sincero animo statuunt ac loquuntur.
Verùm contrà plurimos asserere & statuere, quibus humana
ratio implicari solet & jam dictus error defendi antea pro-
ducti de hoc aphorismi satis superq; comprobant. Ut verò
paucis perstringantur

§. 15. Ad 1. dico, Deum propter bonum finem pecca-
tum nunquam decernere absolutè, sed solùm permittere.
Quando itaq; Antagonistæ de ejusmodi absolutâ voluntate
seu decreto nugantur, temerarium sui ingenii probant cona-
tum: cum id nullo è scripturæ apice, in sano suo sensu adhibi-
to, extorquere, ne dicam edocere possint, absoluto Deum
odio, ut loquitur *Piscator in c. 2. Rom.* aut absoluto decreto,
ante ullius peccati prævisionem, uti *Beza in colloq. Montisb.*
scribit, ullum hominem æterno exitio nuncupasse: tali per-
versæ atq; impiæ assertioni Scriptura S. planè contradicat:
1. *Tim 2. 4.* expressis edocemur, *Deum velle omnes salvos fieri,*
quæ est *universalis affirmativa*: Petrus verò ponit *universalem*
negativam 2 *Epist. 3. 9.* inqviens: *Deum non velle ullos perire;*
quoniam ipse Deus apud *Ezech. c. 18. 32.* *Singularem negativam*
sanctissimo necnon inviolabili juramento confirmatam ad-
dit, nimirum, *se nolle mortem* (intellige *æternam* sive damna-
tionem

tionem, temporali namq; vult omnis mori Heb. 9. 27.) etiam morientis. Quo verò Adversariorum illatio & fundamenta corruant, fines, ob quos Deus peccata velle vel decrevisse statuunt, paulò pressius contemplabimur.

Primò, hujus absoluti decreti causam afferunt ex hoc, ut Deus tanquam justissimus ac sapientissimus iudex ab unâ parte justæ damnationis argumentum inveniat, quomodo *Szegedinus in loc. de reprob. p. 123.* loquitur, cum quo conf. *Rennech. in aureâ sal. cat. p. 31.* ab alterâ verò, inexhaustæ misericordiæ thesauros aperiat. Syllogismus emergit talis:

Si Deus ab aeterno decrevit hominibus patefacere suam justitiam & misericordiam, necesse fuit, Adamum immutabili Dei decreto peccasse: Connexio erit illa: quia Deus suam justitiam & misericordiam aliter declarare, nisi per lapsum & desertionem hominis, haut potuisset.

Sed verum est prius, E. & posterius. Sed R. Propositionis tum antecedens, tum ipsum connexum simpliciter negando: Antecedens, quia hoc decretum de manifestandâ justitiâ vindicativâ temerè supponitur. Neq; hæc justitia ad absolutam Dei perfectionem pertinet, sed ex suppositione tantum: si peccatum committatur. Erat e. g. Deus absolutè justus, si maximè nullam unquam occasionem nactus esset, aut nancisci vellet exercendi justitiâ punitivam. E. c. si vel nullam creaturam condidisset, vel creaturam in statu integritatis perpetuò conservasset. Connexio negatur, quia prius ex sacris probandum est, Deum ab aeterno Adamum ad lapsum ordinasse, ut eidem suæ justitiæ & misericordiæ declarandæ materiam suppeteret. Hoc si probatum dederint, tum demum schemati, quod subinde de Dei justitiâ attextunt, locus relinquitur; siquidem extra dubitationis aleam positum est, Deum omnia, quæ facit, justè facere: ab aeterno verò ordinare, ut homo in peccatam labatur, cum aeternâ Dei justitiâ nunquam conciliari potest, sed turpissimam potius contradictionem implicat, imò ipsam Dei justitiâ planè evertit, Scripturæ autem dicta, quæ pro stabiliendâ suâ falsâ sententiâ allegant,

I

ipsam

Szeg. in loc. de reprob. p. 123.

Rennech. in aureâ sal. cat. p. 31.

31.

ipsam hominum vel ad salutem, vel ad damnationem, primam creationem nullo modo probant. Sed partim de hominum jam creatorum & peccati vitio corruptorum conversione, & ad eternam vitam preparatione, partim de eorundem iustâ derelictione, & induratione agere, sicut dictum Rom. 9, 22. (verbum enim κατηρησμένα in textu non activum sed passivum est, haut ipsam primam creationem indicans, ut Beza vult, cum sit generale Matth. 4, 11. c. 21. 16. Marc. 1 19. 1. Pet. 5. 10. Gal. 6. 1. unde vasa iræ, quæ ἐν πολλῇ μακροθυμίᾳ sustinuit, à diabolo & propria voluntate apparatus refert vid. Os. 13. 9. Rom. 5. 12, 18, 19.) partim de ostensione & manifestatione Omnipotentie divinae, sicut dictum Exod. 9. 16. citatum postmodum à Paulo in N. T. Rom. 9. 17. (verbum etenim ἐξήγειρα non est referendum cum Piseat. in h. l. ad ipsam Pharaonis contumaciam, ut sensus sit: *Excitavi animum tuum ad reluctandum mandatis meis*, multo minus ad creationem ipsam primam cum Beza in not. sed ad ipsum excitandi finem, quem Deus elicuit, quando superbissimi tyranni contumacia, ad Numinis sui gloriam illustrandam ac potentiam demonstrandam bene usus est: quod LXX. indicant, dum aiunt: *διετηρήθης conservatus es*: sive ut in Hebræo dicitur העמרתך *Feci Te stare*, i. e. non percussi te cum pecudibus, quod tamen potuissem, tuq; meritis fuisses, idq; eo fine, ut malitiâ tuâ bene ageres) partim tandem etiam de ipsa providentia ac gubernatione Dei, quâ omnia sic gubernat, etiam impiorum animos, ut ad gloriam suam cuncta dirigant (verbum enim פִּעַל non de creatione semper, sed de operatione Dei non rarò in Scriptura usurpatur, sicut Es. 22. v. 12. quæ malum poenæ quoq; respicit Job 22. 17. Ps. 44. 2. Ps. 46. 9. unde talis operatio פִּעַל אֱלֹהִים dicitur Ps. 64. 10. ut proinde in hoc ipso textu etiam dies malus debitas peccatorum poenas noceat, uti aliàs Jer. 17. 18. Eccles. 7. 15. Ps. 41. 2.) Quæ verò in iudiciis Theologorum provincialium ad acta Synodi Nationalis Dordrechtanæ p. 87. urgeatur, supra, cum de primo providentiæ principio, nempe dirigente egimus, maximâ ex par-

Pisc. in h. l.

Beza in not.

act. Synod. Nat.
Dordr. p. 67.

ex parte à nobis fuerunt diluta. Unde jam per inversionem ex eodem illo tertio seu medio termino, quam pro stabiliendâ suâ sententiâ adversarii adducunt, pro nostra contrarium inferimus:

Si Deus ab aeterno decrevit hominibus suam patefacere justitiam & misericordiam, Adamum voluntate ac decreto divino non peccasse necessum fuit.

Sed verum prius est E. & posterius.

Ratio copulati velle è patefcit, quoniam velle ac decernere, ut homo justus peccet, cum Dei justitiâ & misericordiâ repugnantiam involvit: qui etenim decerneret, ex homine justo facere injustum, illumq; ad injustitiam incitaret, ut ipsum postea ob injustitiam, ad quam necessariò nec non immutabili suò decreto adegisset, puniendi occasionem haberet, iste minus justitiam, potius injustitiam declararet: Non aliter ac si magistratus aliquem pium & honestum virum ad furtum committendum compelleret, ut postea ob commissum nec non demandatum furtum ipsum puniendi, extremoq; supplicio affiendi causam nancisceretur sufficientem: Id ipsum quâ ratione Calviniani evertere queant, sanè non video; Majorem quippe Syllogismi categoricè formati negare non poterunt, modo rationis & Scripturæ dictamen sequantur: *Minor est eorum. Deliberent quid respondendum: Ego interim progredior,*

Et ad II. dico, Deum simpliciter non voluisse lapsum Adami, quod constat (1.) ex severâ prohibitionem de non comedendo fructu arboris vetitæ Gen. 2. 17. quam prohibitionem atq; legis comminationem, quâ à peccando Deus hominem deterrere volebat, ex hoc Calvinianorum principio frustraneam & simulatam quis non suspicari vellet? (2.) ex ipsâ hominis creatione, quæ erat secundum Dei imaginem in virium rectitudine & integritate, undè liber sapientiæ dicit, Deum è πρῶτον ἀφ' ἁπλῶς hominem condidisse c. 2. 22. Sed hæc merum fuisset ludibrium, si Deus lapsum hominis intendisset: quamvis enim eundem non statim in bono confirmârit, quò amplius exidere

excedere non potuisset, sententiæ tamen nostræ nil propterea decedat, siquidem confirmatio illa in bono, spontaneæ antecessæ obedientiæ præmium esse debebat, quod Angelorum bonorum exemplo evidenter liquet, qui non prius in bono fuerunt confirmati, quam liberam Deo præstitissent obedientiam, reliquis, qui in veritate minus perstiterunt, sed ἰδιὸν οὐκ ἤθελον dereliquerunt, vinculis æternis, sub caligine custoditis, ut habet Epist. Jud. v. 6. Adversariorum verò tela contra hanc orthodoxam nostram sententiã directã, modò ex parte fuerunt aversa.

III. Quod concernit pronunciatum, illud non minus ex supra th. 10. §. 18. ejusd. cap. allegati refelli poterit.

Ad IV. R. Deum homines ad peccata neutiqvam flectere, impellere aut excitare. Pugnatur enim (1.) cum ipsius sapientiã, quã fieri nequit, ut homines ad id, quod suæ essentiæ inimicum & contrarium est, instiget. Dei namq; essentia est ipsa sanctitas, peccatum verò ipsa immundities, quam si Deus affectaret, id quod sibi repugnat, approbaret. (2.) Cum ipsius justitiã, quã fieri nequit, ut hominem justum, qualis Adamus in statu integritatis erat, ad peccatum impellat, quo sibi iram poenasq; non terminandas ferme, attrahat. (3.) cum manifestis Scripturæ testimoniis. Placet hoc non meis, sed incomparabilis Theologi Dn. D. Chemnitii verbis expeditum reddere; is enim in locis Theologicis de causa peccati c. 8. p. 184. sic inquit: Quando Jacobus c. 1. 13. ita loquatur: Nemo dicat cum tentatur; se à Deo tentari. Deus enim neminem tentat ad malum: manifeste rejicit omnes tales loquendi formulas: Impellere, excitare, incitare, cogere ad peccatum. Hinc quando ejusmodi verbis activis ipsa Scriptura utitur, tenendum est

1. Verba activa in sacris non semper actionem efficacem sed permissivam significare, ut: cum Abraham ad Saram ait: me occident, te verò vivificabunt Gen. 12. 12. cum obstetrices dicuntur infantes vivificasse Exod. 1. 17. unde & ipsa Scriptura verba illa alicubi per voculam Permittere exponit Ps. 81. 13.

2. No.

Chemnit. in
L. Tb. de caus.
pecc. c. 8, pag.
184.

2. *Notare quandoq; tantum eventum, non verò causam, i. e. consequens & actionis eventum, qui sapissimè præter agentis intentionem oboritur, atq; tunc futura rectè vertuntur per Germanicum werde. E. g. Parens prævidens in filio infelicem suæ castigationis eventum, animi sensa hisce poterit explicare: Plagis certè filium vel filiam meam indurabo: Ich werde wol gewiß mit so vielen Schlägen meinen Sohn oder Tochter verhärten oder härter machen.*

3. *Excœcationem, nec non iudurationem per verba activa Deo attribui non ratione voluntatis antecedentis & complacencie, aut influxus causalis, ac si Deus absolutè in illam duritiem influat, eam probet ac velit: sed ratione voluntatis consequentis, i. e. ratione permissionis Act. 14. 16. desertionis Matth. 25. 29. & traditionis in potestatem Satanae Rom. 1. 28. & 14. Quæ Augustinus pulchre contrahit, dicendo in epist. 105. p. 533. Nec indurat Deus impertiendo malitiam, sed non impertiendo misericordiam. Quando verò Deus iusto iudicio subtrahit gratiam, hominesq; deserit, nil nisi spiritualis cœcitas remanet: sicuti ergo Sol inducit tenebras, nostrum Horizontem relinquens: ita Deus præfractos & contumaces homines deserens, eos indurat, gratiam subtrahendo & Satanae tradendo.*

*August. in Epist.
105. p. 533.*

V. *Quod remedium Adversarii morbidae suæ causæ è divinâ præscientiâ quæ rebus necessitatem debeat imponere, quærunt illud jam supra e. 2. protritum est.*

VI. *Verò Deum in medio latronum non relinquit, sed supra omnes extollit, eorundemq; coryphæum constituit. Unde sequatur oportet, Deum & non Cainum occidisse Abelm; Deum, & non Petrum abnegasse Christum, Deum & non Davidem commisisse adulterium, quia actio non instrumentis, sed causæ principaliter agenti tribuitur, quomodo e. g. Phinees, non culter, scortantes occidisse dicitur Num. 25. 8. Porrò cum ex lege conjugatorum actio agentem denominet, Deus erit fraticida, abnegator sui, adulter & scortator. Ad dictu hoc horrendum abominabor potius, analogiæ fidei tam diu fidens, donec ab Adversariorum manipulo contrarium probatum videro.*

VII. Tandem simpliciorum oculis glaucoma obijciunt, quando errorem suum voluntatis divinæ, in *arcanam ac revelatam* distinctione, mitigare satagunt. Sed variis modis potest discuti hoc fascinum. Prius tamen ab auro scoria, & quod miscent, falsum, à verò discernendum est: Non in probamus distinctionem illam voluntatis divinæ in revelatam & absconditam: alia namq; ratio est divinæ voluntatis, quatenus ab æterno in Deo pluribus seculis fuit abscondita: alia autem, quatenus nunc eadem illa in Verbo & Evangelio fuit patefacta Col. 1. 26. Τὸ μυστήριον τὸ ἀποκρυφθέν ἀπὸ τῶν αἰώνων, καὶ ἀπὸ τῶν ἁγίων, νῦν δὲ ἐφανερώθη τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ & 2. Tim. 1. 9. & 10. Φανερώθησαν δὲ νῦν &c. utq; hac ratione nobis voluntas arcana ac revelata seu beneplaciti & signi modo tantum differunt, cum illud, quod est arcanum non possit esse revelatum & contra. Nostri autem Adversarii, quando lingvâ quidem eadem nobiscum loquuntur, sensu nihilominus atq; animis à nobis quàm longissimè distant, voluntatem quippe utramq; ad objecta ἀντιφατικῶς referentes, adeoq; in Deo duplicem eamq; contrariam voluntatem fingunt, quâ erga hominum salutem ita sit affectus, ut omnes in genere reprobos, voluntate revelatâ seu signi salvari velit, voluntate verò arcanâ & beneplaciti eisdem illos homines nunquam converti, quâ de re ex professo Beza agit Resp. 1. ad colloq. Mompel. p. 174. Verum enimverò, uti Dei essentia est simplicissima, ita in eandem duplex voluntas, aut duplex isq; contradictorius voluntatis actus cadere nequit, sed idem velle voluntate arcanâ, quod vult revelatâ, necesse est, & vice versâ: quia unum idemq; est volitionis principium. Unde sic colligimus:

Beza in resp.
1. ad colloq.
momp. p. 174.

*Quicumq; est summè verax, ille non revelat aliud quàm sentit:
Atqui Deus est summè verax,
E. non revelat aliud quàm sentit.*

Et per consequens voluntas illa revelata est eadem cum illâ, quâ ab æterno omnia præscivit, voluit & præfinivit, quæ est voluntas beneplaciti, arcani.

Propo-

Propositio est verissima, quam neq; ipsi Adversarii in dubium vocant: Ita enim H. Zanch. l. 5. de nat. Dei c. 7. q. 4 p. 632. possent omnes à Deo salvari, si vellet, sed non vult, quicquid autem nunc facit, totum illud ab aeterno praefinivit, ac praescivit futurum. conf. Martyr. in. c. 9. Rom. p. 424.

Zanch. l. 5. de nat. Dei c. 7. q. 4. p. 632. Martyr. c. 9. Rom. p. 424.

Assumptio ex antecedentibus inclarescit, cui tandem hoc immotum ex Deut. 29, 29. fundamentum superstruo. הַסְתֵּרֶת לַיהוָה אֱלֹהֵינוּ וְהַגִּלּוֹת לָנוּ וּלְבָנֵינוּ עַד-עַלְמַי: i. e. secreta Domini Dei nostri revelata sunt nobis & filiis nostris usq; in seculum. Ita namq; verba ex Ebraeo textu vertunt Münsterus, Vulgatus, Pelicanus, &c. ut ita neminem latere possit, voluntatem revelatam & absconditam circa idem objectum coincidere. Hac fudes in Calvinianorum oculis: Ideoq; Syxtin. ab Amama in Antib. bibl. l. 11. p. 595. adversus B. Lutherum nimis audacter insurgit, textumq; Ebraicum in alieno prorsus à scopo & materia, sensu representat, h. m. occulta (pertinent) ad Dominum Deum nostrum, sed (Ebraicè &) revelata pertinent ad nos & filios nostros, & inquit: Hac est simplicissima Ebraicarum vocum interpretatio: Nihil enim notius est illis, qui vel à Gregorio Ebraeam grammaticam attigerunt, תּוֹרָה sèpè idem significare, quod Ad cum eclipsi verbi Pertinet. Et Piscator: Occulta sunt penes Dominum Deum nostrum & revelata sunt penes nos; Ne sapiamus altum, neq; in eo, quod Deus sacri silentii supparo operuit, curiosè inquiramus: quin potius operam demus, ut ex praescripto istius legis, quam nobis revelavit, obsequii gloriam amplexantes, vitam nostram instituamus. Eò magis miror indigentiam ac dormitationem B. Lutheri, qui & neglecto accentu Atnab in voce אֱלֹהֵינוּ & insuper habitâ literâ Vav ante vocem הַגִּלּוֹת, quæ alterum illud axioma cum priori copulat, sic vertit: Das Geheimniß des HERRN unsers Gottes ist offenbahret uns und unsern Kindern ewiglich. Quæ in Belgica nostra translatione sic reperies: De Heymelichheit des HERRN onses Gods is ons ende onse Kinderen gheopen. Haert eruwelich / sed salva res est, & enim cum Excellentissimo Dn.

Syxtin. ab Amama in Antib. bibl. l. 11. p. 595.

Dorsch. in diff.
de volunt. Dei
sect. 1. c. 1. adv.
Trigl. p. 57.

Buxt. l. 2. th.
c. 21. Aug. in Ps.
4. t. 8. Glass. l.
4. tr. 1. Gr. S.

Porism.

Dn. D. Dorscheo in diff. de vol. D. sect. 1. c. 1. p. mibi 57. adversus Tri-
glanidium. I. Etiam si particula γ saepe idem significet, quod Ad
cum Ellipsi verbi *Pertinet*, non tamen id perpetuum est, ut ne-
cesse sit γ cum inservit casibus constituendis, hoc modo resol-
vere: Si autem sit genitivus possidentis, non obstat, quo mi-
nus ita resolvere possimus. Et hoc etiam in loco, si ita dica-
mus, secreta Domini i. e. *secreta, quae ad Dominum pertinent,*
revelata sunt nobis. (2.) B. Lutherus non ex indiligentiâ accen-
tum distinctivum Atnach neglexit, sed eundem, partim non
semper facere tantam distinctionem, ut peculiare periodi
membrum constituat, cognovit (id quod vel ex solo hoc c. 29.
v 9. 11 13. 14. observare potuit) partim si omninô peculiare
membrum sit, ad sensum respexit, & hanc versionem fieri
prudenter cogitavit: *Hæc sunt illa abscondita in thesauris Dei,*
& ecce facta sunt revelata nobis & filiis nostris. (3.) Ad tertium
observandum est τὸ Vav aut per *pleonasmum* in sacris literis
frequenter usitatum fuisse appositum vid. Buxt. l. 2 th. c. 21.
Aug in Ps. 4. tom. 8. & Glass. l. 4. tr. 1. Gr. S. aut per *etiam* repræsen-
tatum aut *adversativè* præfixum, ut ex Grammaticorum regu-
lis magis quàm notum est: atq; huic nostræ interpretationi
applaudit *Chaldæus*, ut proindè textus iste biblicus arcano-
rum non revelatorum à manifestis & revelatis discrimina-
tioni ac contrariæ oppositioni, ne titivilitii quidem patrocini-
netur.

Est itaq; peccati author non Deus, sed Dia-
bolus & homo.

§. 16. Detectis jam nonnullis & præcipuis Calviniano-
rum latibulis consequens, est peccati causam determinare,
partim remotivè, Deum non esse ullius peccati autorem, quod
superius deductum fuit, *partim assertivè*, ostendendo veras
peccati causas & principalem quidem, Diabolum, totius exi-
stentem corruptionis principium: Idq; probamus ex Joh. c. 8.
v. 44. Διαβόλος ὁ ἀνθρώπου κλονὸν ὃν ἠν ἀπ' ἀρχῆς, καὶ ἐν τῇ ἀλη-
θείᾳ ἔχ' ἔσηκεν, ὅτι ψεύστης ἐστὶ καὶ ὁ πατήρ ἔ ψεύδης: ubi Dia-
bolus

bolus describitur (1.) ut *mendax & homicida ἀπ' ἀρχῆς*, puta defectio- nis, non creationis, sicuti *Manichæi ac Priscillianistæ* volunt (2.) ut ὁς ἐν τῇ ἀληθείᾳ ἔχ' ἔσηκεν, ubi vocabulum ἔσημι præter surgendi significationem secundum analogiam Hebræi *סָרַף* Jos. 7. 12. seu conjugati nominis *מִרְיָקָה* Lev. 26. 37. *Perstare*, seu *Subsistere* subinfert, & negationem continu- ationis ac perseverantiæ in veritatis statu dicit, licet *Gabrieli Vasquez Jesuitæ tom. 2. in 1. part. Thomæ q. 62. disp. 217. c. 3.* ali- ter visum sit, qui veritatem in dicendo potius, quam primi- genix sanctitatis vult intellectam (3.) ut ψεύσεως καὶ πατρὸς αὐτοῦ sc. mendacii, quæ vox præcedit. Diabolus enim non ha- bet patrem, ut *manichæi* volunt, sed ipse Pater est mendacii, unde quidam in proximè præcedente voce concretâ, ψεύσεως, abstractum ψεῦδος latere putant, quod ab orthodoxâ sen- tentiâ quidem non alienum, interim tamen ipsum quoq; no- men abstractum præcedit, ad quod pronomen melius refer- tur; simile vid. *Numer. 23. 24.* Ex quâ diaboli descriptione li- quidò apparet, diabolum esse primum peccati, omnisq; ma- li authorem conf. 1. *Job. 3. 12. Job. 13. 2. ac c. 5. 3. 2. Tim. 2. 26.*

*Vasq. tom. 2.
in 1. part.
Thom. q. 62.
disp. 217. c. 3.*

§. 17. Altera peccati causa est ipse homo, quod proba- tur, tum ex historiâ lapsus Adamitici *Gen. 2. v. 16. 17. 18. 19. & c. 3. 19.* tum manifesto pronunciato Apostolico *Rom. 5. 12.* ὡς ἅπερ δι' ἐνὸς ἀνθρώπου ἡ ἀμαρτία εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε, καὶ διὰ τῆς ἀμαρτίας ὁ θάνατος, καὶ ἔτι εἰς πάντας ἀνθρώπους ὁ θάνατος διήλθεν, ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον. Ubi notes velim (1.) *Mundum* hic appellare Apostolum *Universum genus hu- manum* docente *August. in Ench. c. 26.* (2.) *particulam ἐφ' ᾧ* exponendam esse relative ad præcedens masculinum, ἐφ' ᾧ sc. *Adamo*, quò omnes in Adamo tanquam radice peccasse in- nuatur, & *causaliter* simul, eò quòd omnes in Adamo pecca- rint; in quâ formâ *2. Cor. 5. 4.* ponitur, quam observationem *Syrus* quoq; retinuit.

§. 18. Itaq; ex his tale necesse ratiocinium:

In quo tertio Deus & diabolus opponuntur, illud non habent commune.

K

Atqui

*Atqui, quod diabolus sit author mali & mendacii, in hoc
tertio opponuntur Deus & Diabolus.*

*Et hoc tertium, nempe Authorem esse mali & mendacii,
Deus & Diabolus non habent commune.*

*Major patet ex naturâ contradictoriarum: Commune
& non commune non possunt prædicari de eodem subjecto,
eodem modo, loco, atq; tempore.*

*Minor claret ex textu: Hoc enim medio termino proba-
bat Salvator, Judæos non esse ex Deo, sed Diabolo, quia men-
tebantur & sanguinem sitiebant, quod sit Diaboli non Dei
proprium. Enimverò si Deo hoc commune esset cum Diabo-
lo, non posset hinc sumi ratio discernendi inter filios Dei & fi-
lios Diaboli. Id quod & in causa est, quod *Manichæi* duos
Deos finxerint, à quorum uno bonum, ab altero verò malum
proveniat: quorum quoq; πολυθεότης profecto tolerabilior
videtur, quam Calvinianorum ἀθεότης, illam optimi Nu-
minis majestatem non parùm conspurcans atq; imminuens.
Merito itaq; constanter cum *August. conf. art. 17.* asseveramus:
quod *tametsi Deus creet ac conservet naturam, tamen causa pec-
cati sit voluntas malorum, videlicet Diaboli, & impiorum, quæ
non adjuvante Deo avertit se à Deo, sicut Christus ait Job. 8. cum
loquitur mendacium, ex seipso loquitur.**

**Causa finalis providentiæ divinæ respectu
Dei est celebratio & agnitio divinæ sapientiæ,
misericordiæ, potentia & justitiæ vindicativæ:
Respectu credentium æterna salus & tempo-
ralis felicitas, Respectu infidelium justum
supplicium.**

§. Exprimitur iste finis respectu Dei in *Act. 17. 27.* ubi,
cùm Apostolus præcipua quædam divinæ providentiæ opera
enumerasset, subjungit versu seq. Hæc Deum fecisse ζητεῖν τὸν
Θεὸν sc. ἐνεκα & c, 14, 16. Deum se non reliquisse ἀλαστον:
quia

quia scilicet tam in opere creationis, quàm providentiæ se,
suamq; gloriam demonstravit gentibus. Ex. 9. 16. *Ad hoc te fe-*
ci superesse, ut potentiam meam in te ostenderem, &c.

§. Tandem in genere testatur Apostolus Rom. 8. 28.
οἶδαμεν ὅτι τοῖς ἀγαπᾶσι τὸν Θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθόν.
Propterea etiam ad bonum nostrum Deus cuncta dirigit, &c.
& tantum de providentiæ divinæ causis: quibus definitionem
providentiæ subjicimus talem:

Providentiæ divina est actio Dei, quâ Thef.
juxta sapientiam omnisciam & decretum, res
universas ac singulas, sapienter, potenter, libe-
re, & benè, mediatè aut immediatè, ordinariè
aut extraordinariè conservat ac gubernat, &
inordinatissima etiam ad bonum finem diri-
git, ob Nominis sui gloriam, & hominum sa-
lutem.

C A P. IV.

De,

Providentiæ Divinæ divisionibus.

Restat itaq; nunc paucis providentiæ di- Thef.
vinæ divisiones explicare. Etenim providen-
tia divina dividitur.

I. Ratione causæ Efficientis, in media- Thef.
tam, quâ Deus ministerio creaturarum utitur
liberè; & immediatam, quæ causarum secun-
darum sive mediorum adhibitionem exclu-
dit.

K 2

S. I.

§. 1. Utriusq; probatio experiētiā, Magistrā rerum stabiliri posset, si rem latius persequi de instituto nostro foret; sicut solum in acie Salvatoris nostri assertio Matth. 4. 4. & Deut. 8. 3. *ὄχι ἐπ' ἄρτω μόνω ζήσεται ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐπιρήματι παντὶ ἐκπορεύομένω δια σωματος Θεοῦ.* In quibus verbis Deus *partim mediatam* suam nobis manifestat providentiam, quando propositionem *exclusivam infinitam ratione signi*, usurpat: *Non solo pane vivit homo.* Quæ postea copulativè resolvitur: *Et pane vivit homo, & alio, quod non est panis vivit homo: partim verò mediatam*, quando sub *affirmativā*, evolutionem propositionis, quā infinita respicit, includit: Et hæc determinat resolutæ propositionis posteriorē ad rem certā, nempe Potentiā & verbum Dei: In fontibus simpliciter ita habetur *לֵךְ-לַעֲבֹד* Huc allega, tum de *mediatā*, tum *immediatā* providentiā Dei alia scripturæ testimonia, e. g. Gen. 2. 5. Ps. 104. 11. &c.

§. 2. Instrumenta verò, quæ Deus in mediatā suā providentiā adhibet varia sunt, *bona & mala*, eaq; *vel animata vel inanimata.* *Animata rationalia*, ut Angeli boni & mali, 2. Reg. 6, 17. Job. 2, 7. Ps. 34, 8. homines Gen. 45, 5. 1. Sam. 23, 25. *irrationalia*: ut bestia, Ezech. 14, 15. 2. Reg. 2, 24. Ex. 8, 2. *Instrumenta inanimata* rursus sunt multiplicia e. g. *sulphur & ignis* Genes. 19, 24. *grando* Exod. 9, 22. *mannā* Exod. 16, 14. *carnes* Exod. 16, 13. &c.

Porisma I.

Etsi providentia divina plerumq; agit per mediatam in illis non hæreamus, sed ad causam primam semper respiciamus.

§. 3. Irritæ namq; sunt causæ secundæ nisi juventur à primā Ps. 127, 1. Hinc procul debent facessere cogitationes istæ; *τὸ τεχνίον ἡμᾶς διατρέψαι, unus quisq; ex arte potest sibi dare panem esui.* Certè non attendunt, qui ista ingerunt, neq; experiētiā, quæ vel ditissimis ars non præstat panem esui, tempore famis in obsidione, vel sterilitate: neq; quid sit scipio panis, ejusq; fractio, quando panem in mensa appositum &

tum & affluentem, quoniam jam in gestum inter dentes suam benedictione ad nutritionem destituit Deus: sicut cothurnicum carnes in deserto Num. 11, 33.

Deus quando instrumentis malis interdum utitur, ejus opus propterea malum aut inhonestum non redditur, sed manet bonum justum atque sanctum.

Porisma II.

§. 4. Quum enim non à Deo sed instrumentis semper proveniat malitia, inde opus Dei vitatur minimè. Et quemadmodum omnium operum vis, ad quæ efficienda plures concurrunt causæ, ita se habet, ut principalis causa inferiori vim & auctoritatem suam ad inhonesta non concedat, ita eodem modo causa prima Deus cum secundis non conspirat, in actibus inordinatis aut malitiosis, quoad *formale*; sed semper bonum intendit, ac propterea *finale* saltem, quo bonæ suæ intentionis eliciatur finis, haut destituit.

§. 5. Accedit insuper Deum instrumenta mala, quorum fuit usus operam, demum severissimè puniisse Es. 14, 5. 6. 29. Sic Propheta Habacuc per Chaldaeos impios & crudeles puniaturum Deum Judæos, sed postea Chaldaeos scelerum suorum poenas daturos edocet. Illi enim neque gloriam Dei, neque finem, quem Deus sibi habet propositum, ut effectum reddant, respiciunt, sed potius, quæ malitia dicitur innata, exsequuntur.

II. Ratione causæ formalis I. modi agendi providentia divina rursus dispescitur vel in ordinariam, per quam Deus res juxta communem à se institutum ordinem conservat: & extraordinariam, quâ Deus pro liberrimâ suâ voluntate sive immediatè, sive mediatè per instrumenta extraordinaria præter & supra na-

K 3

turam

turam agit, ad gloriam suam ostendendam, & rerum atq; imprimis hominum salutem promovendam, impiorum verò malitiam coercendam.

§. 6. Deus circa res ordinariâ suâ providentiâ ita versatur, ut actio & concursus ejus divinus attemperetur, partim *τάξει φυσικῇ* & *ordini nature*, in rebus videlicet naturalibus & secularibus Ps. 119, 91. Hinc est quod opera, quæ naturalium causarum fiunt ministerio, non minùs, quàm si immediatâ Dei actione fuissent producta, eidem adscribantur Matt. 1, 45. Job. 10, 8. Act. 16, 28. Matth. 5, 45. 1. Cor. 15, 38. partim *ἰερατικῇ* & *ordini gratiæ* in rebus spiritualibus, quando media in convertendis & salvandis hominibus observat ordinaria, ut sunt: Baptismus Tit. 3, 5. Joh. 3, 5. Et verbum Dei non *ἀεργον καὶ ἀβιωτον*, sed activam illuminandi virtutem ipso actu habens Heb. 4, 12. Rom. 1, 16.

§. 7. Extra ordinaria autem Dei providentia occurrit (1.) *in rebus communibus*, quando Deus sæpè miraculosè suam providentiam exerceat, & pro suo lubitu ordinem naturæ immutat, quale erat miraculosum illud solstitium, & solaris corporis quies Jos. 10, 13. solis ad 10. grad. retrocessio, 2. Reg. 20, 11. &c. quò pertinet etiam steriliùm fœcundatio; Saræ, Gen. 17, 16. Rebecæ Gen. 25, 21 &c. item sanationes miraculosæ, ut Hiskia 2. Reg. 20. & Es. 38. Æneæ Act. 9. sanationes claudicationis congenitæ Matth. 15, 13. c. 21. 18. Act. 17, 7. c. 14. &c. cæcitatibus Matth. 9, 27. & Joh. 9.

§. 8. Sic in rebus spiritualibus locum quoq; obtinet: Nam expressis ipse Christus Matth. 11, 21. quando minis Chorazim & Bethsaidam compellat, ad extraordinaria media provocat, cum ait: *δαί σοι χοραζὶν, δαί σοι βηθσαϊδὰν, ὅτι εἰ ἐν Τύρω καὶ Σιδῶνι ἐγένοντο αἱ δυνάμεις αἱ γρομέναι ἐν υἱῶν, πάλαι ἂν ἐν σοὶ κῶ καὶ ποσοῦ μὲν τενοήσαν.* Ubi per *δυνάμεις* intelligit *miracula, extraordinariâq; conversionum media* sicut ex v. 23. probatur:

batur: fuit enim donum miraculorum, primitivæ Ecclesiæ quasi proprium, quibus tanquam per buccinas atq; præcones Evangelium primitivè commendabatur, atq; aliquando tale donum in Ecclesiâ, illius à Christo Apostolis factæ promissionis viguit: sicut ex actis Apostolorum & historiâ Ecclesiasticâ colligitur. vid. *Irenæus l. 2. adversus hæres. c. 57. p. 160.* Postea autem receptâ in mundo Evangelii prædicatione, tale miraculorum donum cessavit. Pertinet huc etiam peculiaris vocatio Abrahami, Ninivitarum, latronis in cruce &c. item peculiaris illa gratia, quâ Deus infantes Christianorum ante baptismum morte pereuntes beat, & in coeleste tabernaculum recipit.

*Irenæus l. 2.
adv. hæres. c. 57
p. 160.*

Ratione modi Providentia divina spectata III.
ta, est vel κατὰ συγχώρησιν & permissionis, quâ Deus malum morale, quod non vult, à creaturâ perpetrari sinit, vel est Efficax & Effectiva, quâ Deus non tantum vult, sed & efficit bonum, & ad illud modis omnibus movet ac instigat.

§. 9. Permissio Dei, quæ modo imperscrutabili circa peccata sine peccato ullo versatur in dictis Ps. 81, 12. & 13, Act. 14, 16. suprâ citatis maximè fundatur. Deus enim simpliciter non concurrat ad efficientiam αὐταξίας, ad peccatum, sed permittit saltem creaturam rationalem certis de causis ab ordine suo deflectere. Neq; hîc quod causa est causæ, causati quoq; efficiens dicitur, cum illud in iis, quæ per se subsequuntur, non verò quæ coherent accidentaliter, militet. Absq; eo igitur, quod creationis jure homo conservatur, peccata licet esse nequeant, ipsum tamen peccatum ut sit, necessum non est: positiva siquidem res, formâ suâ habituali constans, motus quilibet est naturalis, peccatum verò quodlibet privationis conditionem agnoscit, ut hâc de re pluribus in loco de peccato agitur.

§. 10.

§. 10. Effectiva verò providentia pro objecto non nisi bonum morale five physicum ut & malum poenæ habet.

Porisma I.

Modus providendi & agendi divinus, tum in bonis promovendis, tum in malis cohibendis, per se efficax latis utiq; est, non tamen tollit rerum contingentiam.

§. 11. Multa namq; fiunt *liberè*, ita ut hominibus detur libertas specificationis & individuationis, v. g. Davidi, an pestem velit, vel bellum, vel famem, &c. multa fiunt *contingenter*, quæ tamen aliter fieri potuissent. Jer. 18, 7. 8. 9. 10. multa fiunt *contra activam Dei voluntatem*, quæ non fiunt contra voluntatem permissivam Es. 65 2. Matth 23, 37. multa fiunt *casu*, ut homicidia fortuita Num. 2, 5, 22. Sic enim Deus omnia movet, ut quodvis simul agat, secundum suam naturam, neq; ordinem primitus institutum gubernatio divina evertit. Eruditè proinde Aug. l. 7. de Civ. Dei c. 30. sic (Deus) *administrat omnia, quæ creavit, ut etiam ipse proprios motus exercere sinat*. Ut graviter delinquat fex Calvinianorum, quando ejusmodi ineluctabilem agendi statuit necessitatem, quâ voluntas agentis ita inclinatur, determinetur, ac quasi constringatur, ut nec aliud, nec aliter, aut velit; aut velle possit, quàm quod sic mota & inflexa ipso actu vult: Ita scilicet intrinsecus cogeretur voluntas quod absolum! facetè proinde pariter atq; verè in actis Synodalibus Remonstrantes Calvinianis exprobrant, talem esse libertatem, quam illi relinquunt homini, qualis est pueri à robustissimo viro, sic undi quaq; constricti, ut nec pedes nec manus movere possit. *Include, inquit, Tu mihi virum carceri, & illum dum vixerit, vinculis nunquam solvendis adeò diriter constringe, ut ne quidem pedem loco movere possit, & publicè proclama, quanta huic homini per campos discurrendi libera sit relicta potestas idq; quia interna ambulandi facultas ipsi adempta non est, & vide anne omnes, quibus saltem sana mens est, te falsè sint risuri.*

Ratione

Ratione causæ materialis providentia divina est vel universalis, quâ Deus omnes res creatas secundum naturalem instinctum dirigit, adeoque totius naturæ ordinem à se institutum ordinariè conservat: vel specialis, quâ singulæ res non tantum præstantes, sed etiam in individuo omnes, abjectæ, maximè tamen homines pii ac fideles conservantur, gubernantur.

§. 11. Generali itaque providentiæ omnes res sive corporeæ sive incorporeæ, sive animatæ, sive inanimatæ, sive sentientes sive non sentientes, non tantum angeli in cælo, sed & vermiculi in cæno, subjiciuntur. Scholastici appellarunt eam *influentiam generalem*; græci *περὶ νοίας κατ' οἰκονομίαν*, eò quòd objectum ejus sint res in universum omnes, tum quoad generalem earum curam, tum quoad curæ continuationem.

§. 13. Particulari verò providentiæ subjectæ sunt res singulæ Ps. 36 7. *Hominem & jumentum salvabis Domine*; ubi per *enallagen numeri*, quemlibet ex hominibus & quodlibet ex animalibus verbo *Hiphilico* *יְשׁוּעַ* pro subjectâ materiâ conservationem atque gubernationem connotante, actui providentiæ speciali subjecta demonstrat; Inde facilis illius I. Corinth. 9, 9. est conciliatio: *Num boves cura Deo?* Dicitur enim Paulinum nequaquam intelligendum est, ac si boves extra omnem Dei curam, sint exclusæ; ipse enim dat jumentis escam ipsorum Ps. 147. 6. Sed certo accipiendum est respectu, quòd nempe non parem erga jumenta & homines curam habeat.

§. 14. Agnoscit itaque Providentia divina suos gradus & imprimis speciali Dei modo versatur circa homines, quò collimat David Ps. 31. 16. inquit: *In manu tua tempora mea sunt,*

L

i. c.

i. e. tempora seu ambitus vitæ meæ per omnipotentem virtutem divinam reguntur; per τὸ **ד'א** namq; tempora hominis describuntur: sicut Lutherus vertit: *Meine Zeit stehet in deinen Händen.* Hinc Deus singulariùs curat hominem

I. Quoad ejus ingressum & exordium: quod complectitur rursus (1.) conceptionem Job 10. 8. 9. *Manus tuæ (ô Deus Deus) plasmaverunt me, & formaverunt me totum in circuitu;* quibus sane fœtus formationem Dei manibus h. e. divinæ potentiæ, Jobus unicè & insolidum transcribit. Hebræum namq; **צפ** in piel propriè significat, magno labore & arte aliquid formare, uade *Kimchi in lib. rad.* exponit: *Manus tuæ laborarunt & fatigarunt se in me formando:* Idem repetit *R. Abenezra,* & secundùm *Mercerum in com. b. l. R.* *Mose Ben-Nabman* hoc deducit **צפ** quod in lingua *Kedarena* significet, *nervos:* q. d. *Nervis & venis compegerunt, ad summam Dei in formatione hominis designandam sapientiam.* Sic verò seq. v. maximè emphaticis idem formationis opus exponit. *An non veluti lac fudisti me, & veluti caseum me coagulasti.* Vulgatus prius membrum vertit: *Mulsisti me,* quomodo & Lutherus: *Du hast mich wie Milch gemolcken.* Quod non dissonat ab Hebræo à rad. in Kal. **פד**, quod propriè est *Fundere,* ut sensus sit: *Diffudisti me ratione feminis ut lac, quâ similitudine in describendâ hominis in utero formatione Aristoteles quod, l. i. de gen. anim. c. 20. utitur. b. m. οἶον ἐν τῇ γάλακτι & πήζει τὸ μὲν σῶμα τὸ γάλα ἔστιν, ὁ δὲ ὀπὸς ἢ πιτύει τὸ τὴν δεξιὴν ἔχον, τὴν συνισῶσαν, ἔτω τὸ δὲ ἄρρεν ἐν τῷ θήλει μεμιζόμενον, i. e. velut in lactis coagulatione corpus quidem ipsum lac est, succus autem coagulum, quod principium habet coagulandi, ita quod à viro in muliere secernitur.* Unde conformatio embryonis sic describitur.

Sex in lacte dies, ter sunt in sanguine terni.

Bis seni carnem, ter seni membra figurant.

(2.) *Nativitatem:* Deus enim spiritum hominis non tantùm format in medio Zach. 12, 1, sed etiam uteri dat benedictiones
Gen.

Kimich. l. rad.
R. Abenez.
Merc. in com.
b. l.
R. M. Ben-Na.

Arist. l. 1. de
gen. an. c. 20.

Gen. 49, 25. *vulvam aperiens ad conceptionem & καταβολὴν*
σπέρματος Gen. 29, 31. & 30, 12. *Adest ipse parturientibus ad*
fœtus ex utero educationem Et. 66, 9.

II. *Quoad vitæ progressum.* Deus enim est *חַיִּיךָ וְאַרְךָ*
יָמֶיךָ Deut. 10, 20. Sic Job. 10, 12. *visitatio tua custodivit spiri-*
tum meum (juxta fontes: *vitam meam*) &c.

III. *Egressum vitæ:* Huc allega dictum Job. 14, 1. *Nonne*
definiti sunt dies hominis: Numerus mensium ejus annon penes
Te est? Nonne statum & terminum posuisti, quem non prater-
gredietur. sive absq; interrogatione: ut vulg. & Dn. D. Luth.
placuit, quem sequutæ quoq; *versiones exoticae*; item Belgica *V. exot.*
ex decreto Synodi Dordr. Super quem locum R. Abenezra *Belg. ex decr.*
sic commentatur: *גִּזְרַת עֲלֵינוּ כִּמְהָ יְהוָה יוֹרֵצַת מִשְׁפָּטוֹ* *Synod. Dordr.*
וְשִׁמַּת לְוֹחֲקִים וְגִבּוּלִים לֹא יוּכַל לְעִבְרָם:

i. e. Decrevisti super illum quam diu sit vitæ, & determinasti
judicium ejus; ac posuisti statuta ac terminos, quos non poterit
transilire. *Ralbag & Rasi יָמִים חֲרוּצִים* interpretantur per
קְצוּבוֹת וְמוֹגְבָלִים *dies præfinitos ac determinatos* melius,
ni fallor, quam Drusus ac Rivetus, qui *conscisos & Vulg. qui bre-*
ves vid. *caten. Pp. græc. ad h. l.* Velim his accenseri, quæ notatu
digna B. Luth. tom. 3. *Witenb. super Ps. 90. 3. p. 557, eruditè com-*
mentatur.

§. 15. Tandem *specialissimè & maximè* singulariter
Providentia divina occupata est circa pios & fideles, quibus
tùm de temporalibus, quæ ipsis cum exceptione crucis pro-
mittit, prospicit Deut. 32, 8. II. Ps. 37, 19. *tùm de spiritualibus*
& æternis bonis, quæ per filium acquisivit, & ad quæ homines
vocat, regenerat, viribusq; credendi instruit, credentes justifi-
ficat, in filios adoptat, & tandem post varias exanthlatas mi-
serias & ærumnas ad æterna gaudia perducit.

Terminus vitæ, mortisq; humanæ modus
omninò sunt in manu Dei, non absolutâ ta-
men atq; immutabili fiunt necessitate.

§. 16. Planissimum id est ex eo, quod Deus ipse in verbo suo piis longævitatē, impiis verò ac peccatoribus præmaturam mortem minatur, quales promissiones piis factæ Ex. 20, 12. Deut. 5, 16. & 32. 47. Eph. 3, 7. Transgressoribus verò Lev. 26, 25. 26. 27. Porro, quis nescit, tanti æstimari preces piorum, ut & illas non modo ipsis, sed etiam aliis vitam Deus plusculos annos proroget? Notum est illud Davidis Ps. 102, 25. Ezech. 2. Reg. 20, 1. 2. 3. Es. 38, 1. &c. Sic Sancti tum V. tum N. Instrumenti mortis periculis sese subdixerunt, quod non fecissent, si planè inevitabili necessitate vitæ terminum nec mediis protrahi, nec periculis abrumpi posse cognitum habuissent.

§. 17. Contrarium proptulerunt (1.) qui sibi persuaserunt, terminum vitæ humanæ, & fatalem & simpliciter necessarium; ut Astrologi, influxus siderum in sublunaria necessitate agere statuentes, atq; sic ab iis vitæ terminum dependere: à quibus non absentiant. *Judæi, Abenezra, Isaac Abravanel, R. Rabye, R. Isaac Cohen, K. Mesen de Leon, R. Levi Ben Gerson, R. Joel Ben-Sueb & alii*, de quibus vid. *Joh. Seldenus de diis Syris. Stoici*, & vulgus Calvinianorum, quos absolutarios, vel vetusto hæreticorum titulo *Prædestinatianos* appellare possumus, inter quos peculiari libro hæc fatalia propugnat Ludovicus à Renesse, sicut & plerumq; vulgus hominum, quod stoicorum more fatalem vitæ terminum absolutè definitum asserit, se in *Ende sey ihm also bescheret* / (2.) qui terminum vitæ absolutè mobilem putarunt, ut *Simon Episcopus, Abrahamus Vander. Mylius, Caspar Barlaus, & nemo non Arminiarum*, quemadmodum vel solæ eorum epistolæ ad *Joh. Berverovicium* senatorem atq; medicum Dordrechtanum, datæ testantur. (3.) qui vitæ terminum mobilem & immobilem asseverarunt, ut *Giesbertus Voërius, Theologus Ultrajectinus ad B. p. 237.* sequutus ut sibi videtur *Thomam p. 1. q. 116. c. 3. A. Rivet. p. 214.*

§. 18. Nos ad evitandam Seyllam & Charybdin scripturâ præviâ nostram mentem exponimus sequentibus, statuentes: Terminum vitæ uniuscujusq; hominis in singulari, mortisq; huma-

J. Seld. de diis Syris.

Giesb. Voët. ad B. p. 237. Thom. p. 1. q. 116. c. 3. A. Rivet. p. 214.

humanae modum, five jam sit naturalis five violentus à Deo
 ab omni æternitate infallibiliter I. *Præsciri* ex Ps. 139, 16. *omnes dies in libro tuo erant consignati, antequam formarentur, cum ne unus quidem illorum extaret, ut Cl. Rivetus cum B. Luthero exponit: neq; multum abludit Paraphrasis Chaldaica:*
 גושמי חמין עינך ועל ספר דכרבך כולהון יומי מכתבך
 ביומא דאהברי עלמה מן שרויא את - אתבר יאו כולהון
 בריתא ולית כחרחר ביניהו :

i. e. *Corpus meum viderunt oculi tui. Et in memoriali tuo omnes dies scripti erant, in die creationis mundi, à principio, quo omnes creatura condita sunt, cum non extaret unioa ex illis.*

II. *Prædeterminari* h. m. velle se decursum ac defluxum infitis naturæ viribus *vel relinquere* Job. 14, 5. *Nonne definiti sunt hominis dies? vel eandem prorogare & abbreviare, habito respectu ad causas secundas voluntariè agentes, quæ sunt pietas, preces &c. Et in hoc discedimus à Calvinianis, qui prædeterminatione hanc absoluto Dei beneplacito semper transcribunt.*

§. 19. Et sane quandoq; *planè singulare* quid ac τὸ θεῖον in his agnoscamus necesse est, utpote, in infantibus, qui baptismo non percepto, vix ingressi vitam, eadem iterum excedunt; in iis, quos vis major tetigit fulminum, quò tristi casu persternantur; item quos inundationum terræq; motuum abstulit vis ut tam continentis quàm incolarum nec vola amplius exstet nec vestigium, & in mille inopinatis casibus planè θελατόις.

§. 20. Quibus præsuppositis, ad utrumq; tam Calvinianorum quàm Arminianorum extremum effugiendum, *Neg; omnem, neg; nullum vite humanae terminum, singulari & absolutâ Dei voluntate sic esse constitutum* Ps. 90, 3. Ph. 21. 22. Matth. 2, 16. cum *Amplissimo Dn. Præsidi, Præceptore meo honoratissimo, rite mihi conclusisse videor. Hinc terminus esto.*

D. Hüls. in
 brev. Theol.

ברוך ושבוח אליהו
 מעתה ועד עולם :

San-

Sanguinis exiguam partem nos format in alvo,
Ossa cutemq; ligans, Provida Cura Dei,
Evocat è penitis claustris, ac ubere charo
Prudentes portat cunctipotente manu.
Seu celerem moveas gressum, seu poplite lasso,
Sistas, Angelico eingere praesidio.
Divinis digitis signata est ultima rerum
Linea, sic fiunt cuncta vidente Deo,
Qui bona quaeq; manu fert divite, promovet, auget,
Ad metas revocat, qui mala quaeq; bonas.
Res variis perplexa plicis tricisq; sed illam
Evolvis doctâ, doctè Weberè, Thesis.
Appensam scitè telam laudamus utroq;
Pollice, per texas dexteritate pari:
Æmula sic magni suboles Patris, æmula sumes
Præmia, quæ textet fulgida Theologiæ.

Ita Amico suo oculisimo
gratulatur

M. Johannes Maukisch
SS. Theol. Baccal.

Textile textit homo Textor, Deus ipseq; textit,
Texuit hunc mundum, textit ad usq; bonum.
Est Textrina Dei mundus, textoria quævis,
Sunt instrumenta atq; actio quæq; bona
Quæ Textura Dei? hæc est prospicientia rerum
Cunctarum, per quam prospicienter agit
Hanc miratus homo texturam est, textor in illam
Inquirat cupidus discere, discit eam,
Menteq; comprehensam conservat, ruminat usq;
Tempore dum justo texere possit eam.

Quod

Quod nactus nobis *textit* nunc *Diribitore*
Hulfeman, artifice hoc, per benè cedit opus.
Perge ita *Texturam* divinam *texere* *textor*
Textoris clari filius haut reprobus.
Doctus eris quandoq; bonus, tua in arte tenebis
Textricem, patriæ dulcia *text* a feres.

Eximio ac Doctissimo Dn. M. We-
bero, amico suo ut charissimo
sic certissimo

M. Johannes Golberg/
von Colberg Pomer.

Non magis obscurâ, mordax hac cura fatigat
Stirpe satum, gentem condecorare suam:
Quam quæ præclaris stimulat natalibus ortum,
A Patribus partum non maculare decus.
Nam peccat gravius, propriis qui lumen avitum
Obscurat tenebris, dum nihil ipse gerit;
Quam qui vile genus, tennesq; ex plebe parentes
Non locat in curru, lucide Phœbe, tuo.
Hinc te cura manet, magni Webere parentis
Facta sequi, Felix! arte minaris eum.
Tu telam per texe tuam, dabit incluta Bresla
Quæ te multijugâ commoditate beent.

Ita amico suo sincero Solduniorum
lege juncto vovebat

M. Hieronymus Depfin/
Rigâ Livonus.

F I N I S.

Quoniam nobis...
Hanc...
Hanc...
Hanc...
Hanc...
Hanc...
Hanc...
Hanc...
Hanc...
Hanc...
Hanc...

Hanc...
Hanc...
Hanc...
Hanc...
Hanc...
Hanc...
Hanc...
Hanc...
Hanc...
Hanc...
Hanc...

Hanc...
Hanc...
Hanc...

11 1 1 8

Coll. Diss. A 182, unsc. 11